¶ Coleráqꝫ nigrā. Jdest melācoliā: tenuis ꝛ vrina alba significat excessuz melācolie alys conditionibꝰ circūscriptis. alba est ex frigiditate melācolie: qm̄ frigiditatis ē dalbare. tenuis est ex siccitate: qm̄ siccitatis est attenuare. ¶ Nō ꝙ melācolia duplr disponit vrinā. s. ſm sui q̄litatem: ꝛ ſm hoc reddit eā albā ꝛ tenuez: glaucā vel albā ex frigiditate: tenuē ex siccitate ſm subam: disponit etiā vrinā. ꝛ tunc reddit eā nigrā ꝛ spissaz ex sui cōmixtiōe: sicut fit in solutiōe q̄rtane. ¶ Peditō. Jdest epilepsiā. Significat alba ꝛ tenuis specifice cū q̄dā plumbeitate ꝛ obscuritate substātie: que hꝫ fieri ꝓpter compassionez animatoꝝ mēbroꝝ. Discolorata est in epilepsia: qꝛ nā compatiente membris animatis: ꝛ nō intēta circa epar: digestio crudificatur: ꝛ vrina dealbatᷣ. ¶ Scotomiam. Jdest tenebrositatem oculoꝝ: ꝛ vertiginem significat alba ꝛ tenuis vrina: vel glauca: ꝛ maxime si multum sit limpida ꝛ clara cum quadam viriditate ꝛ luciditate. Scotomia nāqꝫ potiꝰ fit ex humore melācolico: ex quo resoluta grossa fumositas ꝛ nigra ascendens cerebrum inficit: ꝛ spiritum visibilez obscurat. Est aūt alba ꝓpter multā frigiditatem: clara est ꝛ limpida ꝓpter nimiā siccitatē. ¶ Epatis algorez. Jdest distemperantiā epis in frigiditate. Uñ impedit digestionē: ꝓpter frigiditatez epis aquosi ꝛ crudi generātur humores. vnde vrina albificatur. ¶ Cum febris caumate. Jdest in febre acuta causonica: ꝛ augmastica significat mortē alba ꝛ tenuis vrina. Sed distinguitur si talis appeat: aut in principio: aut in augmento: aut in statu: aut in declinatione. Si ergo in principio talis appareat significat cruditatem materiei: ꝛ debilitatez caloris nālis: ꝛ prolixitatez morbi. Unde ex tāta morbi prolixitate nā afflicta ꝛ debilitata infirmus succumberet: ꝛ inde timendum est de infirmi defectu: ꝛ hoc precipue si adsunt alia mala signa. Sed forti existente nā: ꝛ alys bonis signis concurrentibus non significat mortem sed salutem ꝛ terminationē futurā per apostema factū sub diafragmate. Si talis vrina appeat in augmēto vel in statu precedente rubicūda: duo potest significare. Aut significat frenesim: aut extinctionem caloris nālis propter consumptionez naturalis humiditatis: que deficiēte sibi nutrimēto anihilatᷣ. Unde vrina discoloratᷣ: ꝛ vtrūqꝫ signū

est mortale. Si in declinatiōe talis appareat vrina precedente cretica determinatiōe: signū est salutis ⁊c. similia. ¶ In sene vim fragilē ⁊c. Idest defectū virtutis ex senectute ⁊ imbecillitate caloris nālis significat vrina tenuis ⁊ alba. ¶ Uel defectū puerilem. Idest defectū nutrimēti in membris. ¶ Lipothomiā. Idest sincopiz significat alba ⁊ tenuis vrina. et puenit ex grossa fumositate resoluta a crudo humore ⁊ melācolico: qui respirās intus ad spirituales meatus cōprimit: ⁊ suffocat spiritum vitalem in corde: qui oppressus caloris beneficium nō pōt impendere: ⁊ cōferre partibus extremis: ex quo nō ascendente ad cerebrū: cum nō temperetur spiritus animalis: cessat sensus in corpore: ⁊ motus voluntarius: ⁊ corpꝰ animalis quasi mortuū iacet. hoc aūt precipue significat alba ⁊ tenuis vrina. ¶ In lesis humeros. aut collū. Idest incipiētibus hēre dolorē circa collū ⁊ humeros nō ab extrinseca cā: sed ab interiori: qui dolor subito surgens tali exñte vrina significat dispersionē ⁊ resolutionez grosse fumositatis. vnde certū pōt esse signū sincopis vēture. ¶ Quartanam febrem. Idest de nāli melācolia significat alba ⁊ tenuis vrina. Sed sequēti die post accessionez debet esse pallida vel subpallida: ⁊ in tertia die vel quarta debz eē alba vel glauca. Or in sequenti die magis appareat colorata contingit: qꝛ materia melācolica cū dura sit ⁊ cōpacta suā ignitionez diu seruat vel inflāmationē. vnde in sequenti die magis appet colorationis effectus. In q̄rtana vero nota ruffa vel subruffa: ⁊ quādoqꝫ subrubra occurrit. ¶ Amphimerinā. Idest solutionez febris quottidiane de flegmate vitreo significat alba ⁊ tenuis vrina: specifice precedente pauca: ⁊ in fundo globosa. Si postea effundat̄ in multa quātitate: ⁊ postea tenuis in substātia significat amphimerine solutionem. Flegma vitreū dum adhuc crudūz esset ⁊ cōpactum resistebat nature expellere volenti: ⁊ qꝛ nulla fiebat eius resolutio pauca erat vrina. sed flegmate digesto: ⁊ calore confortato fit eius resolutio: ⁊ per pticulas minutas. vnde vrina multiplicatur ⁊ attenuat̄. ¶ Et nota ꝙ omnis mā in sui digestiōe inspissat vrinā: preter flegma vitreū. Huius regule cōcordātia hētur apud Hypo. dicentē in 4ª particula afforismorūz. Quibuscūqꝫ vrine albe: ⁊ pauce: ⁊ globose nō sine febribꝰ multitudo eueniens ex his tenuis vrina iuuat. Et apud Theophilū. Urina alba ⁊ tenuis ⁊ multa amphimerinā deficientem significat. ¶ Querelas matricis. Idest passiones: ex quibus mulieres cōquerunt̄: eas maxime: que fiunt ex retentione menstruoꝝ spāliter si apparent cum squamis ⁊ nigris resolutionibus: qꝺ significat retentiōez melācolici humoris. s. sanguinis qui niger ē ⁊ terrestris. ¶ Emorroydes ⁊ condilomata. Idest morbū existentez in ano: vel apostemata in ano: vl' circa anū parua. Emorroydes sunt nomen passionis ⁊ membri. Quedā. n. vene emorroyde dicunt̄: que a chili vena exorte ad pudenduz circulū termināntur: que vene quādoqꝫ tumescūt ⁊ distēdunt̄ ex multo sanguie in eis aggregato: ⁊ quādoqꝫ rumpunt̄: ita ꝙ ab eis fluit sanguis ꝑ incōtinentiā: ⁊ talis fluxus dr̄ fluxus emorroydaꝝ. Alba ⁊ tenuis vrina. si athomose ⁊ pulueree resolutōes in fundo appareāt. significat emorroydas: ⁊ similiter attricas ⁊ cōdilomata. ¶ Ut se indicij. Hic assignat̄ gnālis significatio albe ⁊ tenuis vrine. Si eni fallaciā iudicij incurrere nō velis: per talē vrinā significare debes indigestionē ⁊ debilitatē nālis caloris ⁊ accidētia: que ex indigestione emergi ꝯsueuerunt. sicut ventositatis interclusionē: ⁊ hypocūdrioꝝ tensionez: ventris ⁊ lateꝝ inflationē: grauitatē cruriū ⁊ coxarū: ⁊ pigritiā totius corporis tā ad sensum q̄ȝ ad motuz voluntarium. grauedinē ⁊ malā dispositionez capitis: ⁊ precipue sinistre partis. Interclusio ventositatis fit: qꝛ cū calor debilis sit: resoluit humores ⁊ resolutos nō ꝯsumit. vñ ventositas interclusa turbulēta gnātur: que pulsans hypocūdria: ⁊ in ipsis attracta rōne vacuitatis ipa distendit: ⁊ exinde fit īflatio vētris: ⁊ lateꝝ ⁊ coxaꝝ grauitas adest. Or spūs ex quaꝝ motu leuitas membroꝝ efficit̄ sex fumosa nebulositate a crudis humoribus resoluta: torpidi ⁊ obtusiores effecti in suis motibus impediunt̄: vel superfluitates: que ex defectu nālis caloris in nutritiuis gnāntur vel motu sue grauitatis inferiꝰ diffluentes musculos coxarū ⁊ tibiaꝝ aggrauāt: ⁊ in eis q̄si sarcina quedā sentit̄. Fumositatibꝰ etiā ad sensuū instrumēta respirātibus: aggrauatis orgāis ⁊ spiritibus: sensus ⁊ motus voluntarius impedit̄. Et ipse fumositates ad cerebrum respirātes: cū sint grosse ⁊ impetuose: fit distensio miringaruz. Et ex distensione fit solutio continuitatis: ex q̄ sequit̄ dolor capitis: ⁊ maxime in sinistra pte: cū ibi sit sedes melācolie rōne ꝯformitatis. ¶ Et nō ꝙ tales vrine appent ī mēstruosis: ⁊ in emorroydes hñtibꝰ. Sed tūc appent pue ⁊ nigre resol'ones ī fundo cū discoloratōe ⁊ macilētia totiꝰ corpis. Expō.

¶ De glauco colore.

¶ Spissi suscipiens comertia nulla liquoris
Est in iudicio glaucus color emulus albo.
At minus offendit natiui iura caloris.
Si fuerit tenuis mediocriter: aut mediocris.
Glauca vel alba: notat excessuz flegmat̄ acris.
Glauca melancolice craseos est cōscia testis.

¶ Expositio. ¶ Spissi. Postq̄ȝ determinatuz est de colore albo. in ista pte determinat de colore glauco. Glaucus .n. color est: sicut cornu albū lucidū. Dicit ꝙ vrina in colore glauca: que nūq̄ȝ patit̄ cū spissa substātia sociari hēt sile iudiciū cū alba vrina ⁊ tenui: qꝛ gcquid significat vrina alba ⁊ tenuis: totū significat vrina glauca. sed cuz remissiōe ⁊ minori malitia. Et ēt vrina glauca nō tantā debilitatē caloris nālis ostendit vel significat. ¶ Si fuerit tenuis. Ponit talē regulā. Quotiēscūqꝫ videbis vrinā albā: vel glaucā in colore cum substātia mediocriter tenui significat dñium flegmatis acetosi. ¶ Glauca. Dicit ꝙ vrina glauca signāt hoīez melācolice ꝯplōnis ⁊ sanū. Expō. Cōmē.

¶ Cōmentū. ¶ Spissi. Post albuz colorē agit auctor de glauco: q ꝯueniētes hz significatōes cū albo colore. Non enī differunt nisi ꝑm intensionē ⁊ remissionē malitie. Nā eadem quecūqꝫ significat albus color cū tenui substātia: eadem significat glaucus color: sed cū q̄dā remissione. ¶ Spissi liquoris. Idest spisse substātie. ¶ Nulla comertia. Id est nullā ꝯiugationē. Glaucus nāqꝫ color cuz sit tāq̄ȝ cornu lucidū album est. incōiugabilis spissitudini. Spissitudo. n. ei associata luciditatē aufert: sine qua nō posset esse glaucꝰ color. ¶ Emulus albo. Idest ꝯsimilis. ¶ At minus offendit. Idest minꝰ significat ipediri. ¶ Iura. Idest cursuz ⁊ dñiuz. ¶ Natiui caloris. Idest nālis. ¶ Si fuerit tenuis. Adhuc prosequit̄ auctor iste de glauca vrina: ⁊ ostendit ꝙ glauca vrina omnino: vl' mediocriter tenuis significat sanū melancolicū. Sed si recedat a tenuitate mediocriter signāt excessuz flegmatis acetosi ⁊c. Cōmen.

¶ De colore lacteo.

¶ Lactea subtenuis in acute caumate febris.
Litis in ingressu signis adiuncta sinistris
Damnat ⁊ accusat patientez crimine mortis.
Fallitur vrine sententia: si tibi certo.

Ordine

Ordine concurrant: que sunt vitalia signa.
Mens: sopor: affectus: bona respiratio: virtꝰ.
¶ Lactea subtenuis cū largo fusa liquore.
Fine mali veniens deferuescente calore
Soluit: ⁊ a morbi laqueis emancipat egrum.
¶ In febre quam replicat tipicusqꝫ interpellat error.
Lactea subtenuis dictat: ꝙ causa sit eius
Frigida: pressuram longi factura laboris.
¶ Lactea subtenuis febre declinante salutem
Impetrat: ⁊ corpus releuat: vitāqꝫ refirmat.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Lactea subtenuis ⁊c. Superius determinatum est de colore glauco cū mediocriter tenui substātia copulato. Hic determinat auctor de lacteo cuꝫ tenui suba. Ponit ergo talē regulā pͥmo. Urina lactea in colore: mediocriter tenuis in suba: in pͥnͦ egritudinis acuta signis malis ꝯcurrentibus sine dubio patientē indicat moriturū. Si vͦo signa bona ⁊ vitalia cōcurrant: sicut bonus anhelitus: fortitudo virtutis: bonus somnus: ⁊ bona memoria: ⁊ similia: tūc nō hꝫ ista regula veritatē. imo significat egri liberationē. ¶ Est tñ sciēdū: ꝙ talis vrīa q̄ꝫtū est de se: nō significat bonū: sed rōne alioꝝ signoꝝ bonorum sibi ꝯiunctoꝝ. ¶ Lactea subtenuis cuꝫ largo. Hic ponit̄ alia regula de colore lacteo cū suba tenui mediocriter. Regula est ista. Urina lactea in colore: subtenuis in suba. multa in q̄ꝫtitate: in declinatione egritudinis apparēs: significat solutionē egritudinis. ¶ In febre. Alia regula. s. tertia. Urina in colore lacteo: subtenuis in suba in febre interpollata significat māꝫ egritudinis fridā: ⁊ ꝑ ꝯn̄s lōgitudinē egritudis. ¶ Lactea subtenuis febre. Quarta regula. Urina lactea in colore: subtenuis in suba: in declinatione egritudinis significat liberationem ab egritudine ⁊ salutem.

Cōmē. ¶ Cōmētū. ¶ Lactea subtenuis. Post capitulū de glauco colore cū tenui suba: subiungit auctor aliud caplm de lacteo colore ꝺm ꝯiugationē tenuis sube. ¶ Sed fortasse obyceret̄ de verbis: ⁊ sententys: ⁊ eoꝝ repugnātia. In isto libro dr̄: ⁊ q̄si pro regula ꝓponit̄ ꝙ lactea: vel karopos nunq̄ꝫ tenuis reperit̄. sed hic lacteus color cum tenui suba ꝯiugat̄. vñ videt̄ dissonantia. ¶ Rn̄demus ꝙ nunq̄ꝫ lactea est tenuis de oīmoda tenuitate: ⁊ de omnimoda tenuitate intelligēdū est. Ad hoc nāqꝫ vt sit lacteꝰ color: exigit̄ ꝙ sit ibi aliquātula partiū grossities: ⁊ acumulatio. et iō lacteꝰ color oīmode subtilitati denegat copulari. et hoc idē intelligit̄ de karopos. Et ꝑꝑ hoc dictū est: ꝙ lactea vl̄ karopos sil̄i mō nunq̄ꝫ reperit̄ tenuis in vltima subtilitate. Qꝛ vͦo hic dr̄ de ꝯiugatiōe lactei coloris cū tenui suba intelligēdū est nō de oī tenuitate: sꝫ mediocriter tenuitate accedēte ad spēꝫ spissitudinis. Uñ auctor volēs euitare ꝑiculum obiectiōis nō dixit simplr̄ tenuis: sed lactea subtenuis: sub nāqꝫ denotat remissionē a tenuitate. Si aūt apud Theophi. inueniat̄ lacteus color ꝯiugi cū tenui suba. tūc tenuē subam intellige pro subtenui. ¶ De tali aūt colore cū subtenui suba talis doctrina ꝓponit̄ apud hunc auctorē. Unde vrina lactea cum subtenui suba: aut apparet in pͥncipio egritudinis: aut in fine. Si in pͥnͦ vel in fine aut apparet in pͥnͦ. vel in fine febris acute: vel interpollate: vel alterius egritudinis ꝓsequens de singulis. ¶ Si in pͥnͦ febris acute appareat lactea ⁊ subtenuis malis signis ꝯcurrentibus: sicut est alienatio: desipientia: insomneitas: defectus: appetitus: difficilis respiratio: virtus debilis: mortē significat. Per hoc enīꝫ: ꝙ est lactea significatur cruditas materiei: ⁊ indigestio: ⁊ locus secunde digōnis esse refrigeratus ex trāsmissione spūum: ⁊ caloris ad cerebꝝ: ⁊ est signuꝫ frenesis future. vnde timendū est de cerebri ꝯsumptione. Cerebruꝫ enim est membꝝ delicatū: molle: ⁊ teneꝝ: ⁊ cuꝫ debilem hēat calorem nālēꝫ: nō multo calore indiget. et ideo feruore caloris sup̄uenīēti ꝯsumit̄. Cor vͦo est calidissimum mēbꝝ nāliter. vnde multo calore est assuetū ⁊ q̄si more fabri in ꝯtinuo calore versat̄. inde est ꝙ impetuꝫ feruoris caloris aduenīētis melius pōt tollerare. Qꝛ aūt est tenuis ex compactione humoꝝ est ⁊ cruditate. Et qꝛ materia iam rapta est ad cerebꝝ epate refrigerato: iā nulla fit resolutio: nec perturbatio. vñ vrina nō inspissat̄. ⁊ iō malis signis concurrētibus: si talis vrina ap̄peat: mortifera est. Sed si bona occurrerint signa supradictis contraria: lꝫ talis appareat: significat liberationem egritudinis: sed nō est quātum est in se; qꝛ ꝑ se suspecta est infamis. Sed qꝛ bona accñtia ei concomitant̄ lꝫ suspecta: sigñat ꝓlixitatem egritudinis. Sed si in fine febris acute talis appareat: ⁊ sit multa in q̄ꝫtitate febrē declinātē indicat. Qꝛ enī lactea est significat ꝙ innālis calor iam recedit. ꝙ vͦo tenuis: hoc fit ex attenuatiōe ⁊ subtilitate partiū materiei. per hoc aūt ꝙ est multa: sigñat̄ plena ⁊ sufficiens purgatio. ¶ Si vͦo in pͥnͦ febris interpollate talis vrīa ap̄peat. tunc crudū ⁊ flegmaticū hūorē demonstrat. vñ disponit̄ vrina ꝺm frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ ꝺm caliditatatem ⁊ siccitatē: ⁊ ꝺm frigiditatē ⁊ siccitatē: ⁊ ꝺm caliditatē ⁊ humiditatē humoꝝ. Qꝛ aūt est tenuis: hoc fit ex compactione ⁊ complexiōe materiei ⁊ difficultate resolutiōis. Talis ergͦ vrina ex omni cā egritudinē significat: ⁊ longā afflictionē ostendit ⁊c. In fine ergͦ interpollate febris si talis appareat: ⁊ multa ex lacteo colore: significat calorē deferuescentē. Sꝫ ex tenuitate significat materiei subtilitatē: ex multitudine significat sufficientē purgationeꝫ: ⁊ ita egri liberationem significat. Sed si talis appareat sine febre dispositionē corporis ad hydropisim portendit. His diligenter ꝯsideratis: que dicta sunt: māifesta est littera ⁊ sensus littere.

¶ De colore albo lacteo ⁊ karopos.

Albescens karopos vel lactea spissa figurat.
Hydropisim: colicā: lapideꝫ: capitisqꝫ dolorē.
¶ Flegmatica excessuꝫ: mēbroꝝ renata: fluxū
Talis apostaseos causam complexio soluit.

¶ Expositio. ¶ Albescēs karopos. Hic ꝺterminat Egidiꝰ de calore albo lacteo ⁊ karopos cū spissa substātia. Unde talis est regula. Alba nāqꝫ vrina in colore: vel lactea: vel karopos spissa in suba sigñat hydropisim: ⁊ alias sigñatiōes. que sequunt̄ in littera: ⁊ tu specifica: sicut scribit̄ in cōmento valde bene. Expō.

¶ Cōmētū. ¶ Albescēs karopos. Hic agit auctor ꝺ albo colore ⁊ lacteo vl̄ karopos cū spissa suba. Alba nāqꝫ vrīa remissior est q̄ꝫ lactea: vl̄ karopos. Et ē hic color karopos sil̄is camelloꝝ velleribꝰ. i. flauꝰ: ⁊ hi colores oēs cū spissa suba sigñant hydropisim. i. leucoflegmantiā: specifica ex multo tp̄e p̄cedēte: cū q̄dā obscuritate: ⁊ ꝑturbatiōe: ⁊ apposita manu liuida vel subcitria ap̄pet. Et talis vrīa leucoflegmaticā ꝯfirmatā sigñat: ⁊ talē vrinā p̄cedit alba ⁊ tenuis cuꝫ q̄dā liuiditate ⁊ obscuritate. ¶ Et nō ꝙ talis vrina: que hydropisiꝫ sigñat: potiꝰ dꝫ eē alba q̄ꝫ lactea vl̄ karopos ꝑꝑ maiorēꝫ cruditatē digōnis. Hydropisis. n. significat errorē v̄tutis digestiue i ep̄e. Color vͦo karopos vel lacteus nō sigñat tantā cruditatē māe. pōt tñ lacteꝰ color vel karopos i leucoflegmātia ap̄pere. Sed albꝰ co- Cōmen.

loꝛ eã fidelius exprimit. vt dcm̄ est. ¶ Itē vrina alba la
ctea: vel karopos cuz spissa substãtia ꝛ arenosa significat
colicã: vel illiacã passionem ex crudo ꝛ viscoso flegmate
aggregato in inferioꝛibus intestinis. vnde ex cōpressio
ne flegmatis fecis egressio denegatur. Ex ventositate in
nata toꝛtio ꝛ angustia sentitur: vt videatur patienti qua
si quoddã terrebellum eius intestina perfoꝛare: vt de se
ipso refert Galie. in colica passione: ꝛ illiaca: cum sepe vi
deatur alba ꝛ spissa. Tamē de iure passionis ꝛ depositio
ne: vel dispositiōe materiei quesita in intestinis: potius
debet esse lactea: vel kropos: quia cum materia contenta
sit in colon intestino: vel ylion: cum remota sit a vijs vri
nalibus non sic potest imutare vrinã: vt eam reddat al
bam. redditur ergo minus discoloꝛata. s. lactea. ¶ Itez
vrina lactea: vl' alba ꝛ spissa lapidē significat specifice: si
in fundo habeat sedimē arenosum. Talis ergo vrina po
tius debet habere coloꝛem lacteum q̃ȝ album: qꝛ licet
pꝛo flegmate debeat esse discoloꝛata: multuz tamen pꝛo
pter ebullitionem ꝛ decoctionez ipsius humoꝛis. vt in la
pidez conuertatur: redditur minus discoloꝛata: vt lactea
ꝛ spissa constituatur pꝛo consumptione liquidarum par
tiuz. Petrificatio nãqȝ ex aliquo humoꝛe non potest effi
ci sine aliqua decoctiōe. ideoqȝ potius fit lactea q̃ȝ alba.
¶ Et est notãdum: ꝙ generatio lapidis fit. 4. de causis
. s. ex abundantia superfluitatum: ex viscositate earuz: ex
angustia meatuuz: ꝛ ex debilitate virtutis expulsiue. Cū
enim hec omnia concurrãt: humoꝛ diutius moꝛans in ve
sica actione caloꝛis decoquitur: ꝛ liquidis omnibus par
tibus consumptis ꝛ terrestribus permanentibus fit duri
ties: ꝛ petrificatio: ꝛ arenarū generatio: que simul coadu
nate ꝛ annexe lapidem efficiunt: qui si fuerit in renibus
doloꝛem renum facit imoderatuz: ex distensione partiū
ꝛ solutione ꝯtinuitatis. Adest etiã doꝛmitatio pedis cuz
ipso rene colligãtiã habentis: ꝛ infrigidatio contingit: qꝛ
spiritus pꝛopter emfrasim calculi non potest impendere
beneficium sue calefactionis. Compꝛimuntur enim ner
ui. vnde auferť aditus spiritui animali: ꝛ ideo fit doꝛmi
tatio pedum: ꝛ infrigidatio. Adest etiaz doloꝛ illiacus: qꝛ
cum intestina compꝛimuntur ex calculo existente in re
nibus: ꝛ hoc pꝛopter eoꝝ colligãtiã: superfluitas pꝛime di
gestionis retinetur: que cuz nō possit emitti redundat ad
ylion: ꝛ inflat: ꝛ toꝛquet ipsuz: ꝛ inde fit doloꝛ illiacus. Et
si lapis fuerit in vesica: doloꝛ est in pectine cum pꝛuritu
ꝛ cum difficultate mingendi: ꝛ cum ardoꝛe virge: quãdo
vrina mingitur: ꝛ constipatio igitur ventris fit ex cōpꝛes
sione longaonis. ¶ Capitisqȝ doloꝛem. Idest pꝛesentem
vel futurum significat vrina karopos: vel lactea ꝛ spissa
in substantia. si ergo vrina diu talis appeat: significat do
loꝛem pꝛesentem. Sed si de nouo apparere incipiat: futu
rum doloꝛem significat. hoc aūt est in amphemerina: cuz
flegma diu fuerit in coꝛpoꝛe. Caloꝛ enim: qui iaz diu egit
in ipsum: resoluit eius partes in fumositatem turbidam:
ꝛ vapoꝛosam: que petens cerebꝛum infert doloꝛem. Sed
si flegma nouiter icipiat dominari in coꝛpoꝛe: caloꝛ agēs
in ipsum nondum in fumositatem sufficit resoluere. sed
diutius agendo resoluet: ꝛ ideo futurus doloꝛ significať.
Huiusmodi regule concoꝛdantiã habemus ab Hypo. in
4a particula affoꝛi. iuxta finem. Quibus in febꝛibus vri
ne conturbate sunt velut subiugaliū: his capitis doloꝛes:
aut adsunt: aut aderūt. ¶ Flegmatis excessum nãlis al
ba: vel lactea ꝛ spissa per totū cuz inequali ꝛ impura sub
stantia flegma nãle abundare significat sine febꝛe. alba
est ꝑpter frigiditatē flegmatis. Natura. n. frigiditatis est
dealbare: ꝛ qꝛ flegma albū est. iō hȝ dealbificare. Spissa

Alij textꝰ vē
tris cōstipa
tio ꝛ doloꝛ il
liacus/ex cau
sa pdicta.

est ꝑpter humiditatē: cuius est inspissare. Inequalitas sub
stãtie signãt ꝑturbationez fieri in coꝛꝑe. Impuritas sube
significat defectū nãlis caloꝛis nō valētis substãtiã depu
rare. hoc q̃ signãt pꝛincipalr. Secūdario vo significat doloꝛē
capitis: ꝛ ꝑcipue grauedinē occipitij: vbi est flegmatis se
des. Vel signãt indigōnē: ꝛ signãt lateꝝ iflationē: oris in
sipiditatē: saliuaꝝ abūdãtiã: sensus hebes: motus tardus
fit: pigritia: somnus: ꝛ doloꝛ capitis ei cōcomitãtur. Que
oïa hñt ꝯtingere ex resolōne grosse ꝛ crude mãe: ex q̃ re
solutione fumositas resoluta: ꝛ a debili caloꝛe nō cōsum
pta ad diuersas ꝑtes coꝛpoꝛis ꝑegrinãs: illas ꝑtes aggra
uat ꝛ molestat. Petens. n. cerebꝝ ex distēsiōe miringarū
cerebꝛi doloꝛē facit: ꝛ ad hypocūdria respirãs inflationē
iducit. Et ascēdēs per ysofagū ad linguã: ꝛ circa eã inspil
sata insipiditatē facit: ꝛ saliue abundantiã. Et per neruos
diffusa sensuz ꝛ voluntariū motū impedit. Huius regule
cōcoꝛdãtia hētur apud Theophilū in cap. de pingui: ꝛ al
ba vrina. Dicit nãqȝ Thophilus: talis cōplexio monstrat
crudū humoꝛē plurimū abundare in vasis. i. in venis: et
ōrias diuersi flegmatis attestari: vt est vitreū salsum: ꝛ si
ne q̃litate. ¶ Mēbꝛoꝝ reumata. Idest fluxū humoꝛuz
ad aliqđ mēbꝝ coꝛꝑis: sicut in apatica collectōe de frigi
dis hūoꝛibꝰ effecta: ꝑcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxū.
Secȝ reumatis signãt lactea: vl' karopos ꝛ spissa: specifice
si fuerit pauca ꝛ turbulēta cū resolōnibꝰ oblōgis: vl' rotū
dis: ꝛ ꝑcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxū. Idest ventris
solōnē signãt kropos: vel lactea ꝛ spissa: si fuerit pauca cū
resolōnibꝰ lōgl ꝛ rotūdis. Pauca ē ꝑꝑ fluxū: qꝛ spūs ꝛ hu
moꝛes emittunť a coꝛde: qꝛ caloꝛ debilitať in eꝑe. q̃ pau
ci gnãnť hūoꝛes: ꝛ iō pauca ē vrina. Hoc. n. dicit Hypo.
vrina nocturna multū micta ꝑuū secessuz signãt: ꝛ mul
tus secessus paucã vrinã signãt. Resolōnes fiunt a fleg
mate descēdēte ꝑ stōuz ad itestina. turbulēta aūt ex ꝑ
mixtiōe hūoꝝ. ¶ Talis cōmixtio. Idest talis ꝯiūctio al
bi: vel lactei coloꝛis cū spissa suba. ¶ Soluit. Idest solui
signãt. ¶ Apostaseos. Idest mãm apatice collectiōis ex
purgatiōe mãei: que cruda est: ꝛ flegmatica. vñ vrina di
scoloꝛať ꝛ inspissať. Et inde hēmus ꝯcoꝛdãtiã cū Hypo.
in fine q̃rte particule. inquit eni. Quibus spes est apostē
ma ad articulos ꝯuerti: exiens ab apostemate vrina cras
sa: ꝛ multa: ꝛ alba facta velox in laboꝛiosis febꝛibus ꝛc.
¶ Item apud Theophiluz. Urina pinguis ꝛ alba mul
ta veniens liberat egrum ab apostemate in articulis na
to his: qui dolebãt liberat eos etiã: q in egritudine labo
riosa erãt: ꝛ q diu fuerãt in egritudine piguiū humoꝝ.

¶ De quattuoꝛ regionibus in vrina.

Sepe fit vrine distans substantia: dispar
Vultus: vt a medio: vl' summo discrepet imū.
Sūma superficies: mediana: vl' infima spissa.
Summã: vel mediã: vel partez concutit vnã.
Et similis simili seruit rēgio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

¶ Expositio. ¶ Sepe fit vrine. Hic ostēdit auctoꝛ in vri
na. 4. esse regiones: que. 4. humani coꝛpoꝛis regionibus
coꝛrespondent. Unde notãdū est: ꝙ vrine substãtia mul
totiens disconuenit in seipsa: qꝛ aliquãdo erit superiꝰ te
nuis: inferiꝰ spissa: vel ecōuerso. Et ēt coloꝛ eiꝰ: qꝛ in ꝑte
superioꝛi erit alterius coloꝛis q̃ȝ in parte media: vel q̃ȝ in
parte inferioꝛi. Hic ergo notanť. 4. esse regiōes in vrina:
que in humano coꝛpoꝛe. 4. regionibus attestãtur. Circu
lus. n. ipsius vrine attestať supꝛa mēbꝛoꝝ aïatoꝝ dispō
nem. vtputa cerebꝛi: ꝛ miringarum: ꝛ trium cellularum.
Secunda

¶ Secunda regio vrine.s.pars:que est ꝯtigua circulo:significat dispositionē membroꝝ spiritualium:⁊ egritudines eoꝝ:sicut dicet in cōmēto. ¶ Tertia regio vrine attestatꝰ supra dispositionē mēbroꝝ nutritiuoꝝ.s.epatis:stomachi:splenis:⁊ similiū. ¶ Quarta regio.s.fundus attestatur supra dispositionē membroꝝ inferioꝝ: que regio si in se ꝯtineat sedimen arenosum:hūores significat conglobatos:⁊ molestationē significat generatiuoꝝ mēbroruz:⁊ egritudines eoꝝ:sicut in cōmēto valde bene dicitꝰ.

Cōmen. ¶ Commentū. ¶ Sepe fit vrine ⁊c̃. Notandū ꝙ.4.sunt regiones humani corporis:⁊ pͥma est animatoꝝ mēbrorum:sicut cerebri ⁊ miringarū:⁊ triū cellularū ipsius: et durat ista regio ab epigloti superius. Epiglotū est membrum:qđ iacet supra tracheā arteriam. ⁊ dicitꝰ ab epi:qđ est supra.⁊ glautio qđ est mēbrū: super euglosuma.i. isofaguz. ¶ Scđa regio est spūalium:⁊ ꝯtinet cor: ⁊ epar:⁊ tracheā:arteriā:⁊ fistulas pulmonis: ⁊ durat ab epigloto inferius vsq; ad diafragma. ¶ Tertia regio est nutritiuoꝝ mēbroꝝ:⁊ cōprehendit stomachū:splenē:epar:⁊ intestina:⁊ kistim fellis:⁊ durat a diafragmate vsq; ad lūbos ⁊ renes. ¶ Quarta regio est generatiuoꝝ mēbroꝝ: que cōprehēdit lumbos:renes:⁊ vesicā:⁊ didimos:⁊ matricē ⁊ testiculos matricis:⁊ vuluā:⁊ duos testiculos:⁊ virgam virilem:⁊ oīa que ꝯtinentꝰ a renibus infra. ¶ Quattuor sunt regiones humani corporis:quibus ꝯformantꝰ.4.regiones vrine. ¶ Prima quaꝝ est circulus:cui deseruit dispō animatoꝝ mēbroꝝ. Secūda est corpus aereū:vel superficies:que est in superiori parte ꝯtigua circulo:⁊ deseruit ei dispositio mēbroꝝ spiritualiū:que si spissa est: ⁊ turbulenta:attestatꝰ male humiditati spiritualiū mēbrorum:maxime si circulus fuerit granulosus: ⁊ significat disniā ⁊ asma:aut aliq; collectionē materiei supflue circa spiritualia. vnde adest angustia anhelandi:⁊ strictura pectoris:⁊ qꝛ spiritualia mēbra sunt aerea emittunt aerē ⁊ inspirant. ¶ Tertia regio dicitꝰ perforatiua:qꝛ perforatis membris attestatꝰ.i.stomacho:epati:⁊ alys nutritiuis que si nebulositatē in se hꝫ:vel spissitudinem:denunciat impedimētū nutritiuoꝝ ex superfluis humoribus: sicut dolorem ventris ⁊ inflationem:rugitū:⁊ indigestionē: fastidiū ⁊c̃.accidentia:que stomachi repletionē ꝯcomitantur. ¶ Quarta regio est fundus:⁊ in fine ptis vrine: qua sedimen arenosum in se ꝯtinet:⁊ humores cōglobatos:⁊ significat molestationem generatiuoꝝ:sicut nefresim:litiasim:strāguriā:⁊ renū ⁊ lumboꝝ dolorē: ⁊ partiū adiacentiū grauedinem. ¶ Distans substātia. Idest dissona ⁊ inequalis q̄tū ad eandē vrinā:vt eadez in parte superiori appareat spissa:vel in medio:vel in inferiori ceteris paribus in tenuitate permanentibus:vel ecōtra. Suprema regio significatur molestari sicut singulis singula reddantur:similis regio vrine simili regioni corporis attestatꝰ. In reliquis collectionibus ratio generalis est:vt si in pte superiori sit spissa:vel imediata: vl' iferiori suprema regio corpis media vel infima molestari significatꝰ.

¶ De pallido colore vl' subpallido ⁊ subcitrio.

¶ Pallida cum pingui: vel subcitrina liquore
Flegmatice mōstrat periodica frigora febris.
¶ Pallida cum tenui colerā declarat adustā.
¶ Pallida subtenuis ex acri flegmate febrē.
¶ Pallida cui spissuz mediocriter associatur.
Flegmatice craseos interpres fida probatur.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Pallida cum pingui. Post precedētes colores consequēter agit auctor hꝫ de colore pallido:subpallido:⁊ subcitrino cuz spissa subā tenui vel mediocri. Regula est. Urina in colore pallida: vel subpallida: vl' subcitrina in subā:per totum spissa significat febrez interpollatam ex flegmate naturali.s.cotidianā. ¶ Pallida cuz tenui. Secūda regula est. Urīa in colore pallida vel subpallida:in substantia:tenuis:significat dominium colere aduste.⁊ melancolie innaturalissime cū febre. ¶ Pallida subtenuis. Tertia regula. Urina in colore pallida vl' subpallida:tenuis mediocriter in substantia.quotidianā significat de flegmate acetoso ⁊ idigesto. ¶ Pallida cui spissum. Quarta regula. Urina in colore pallida vel subpallida: in substantia mediocriter spissa flegmaticum sanum significat.

¶ Cōmentum. ¶ Pallida cum pingui. Post al. colorem lacteū:⁊ glaucū:⁊ karopos subiūgit capl'm de pallido colore. Et etiā per pallidū colorē cōprehendimus in ipsuz pallidum ⁊ subpallidum colorem ꝺm ꝯiugationez spisse substantie.⁊ tenuis:⁊ mediocriter tenuis:quos sic debes colligere. Urina pallida: vel subpallida: vel subcitrina. pallori vicina: in substantia per totū spissa: significat cotidianam de flegmate naturali. Remissa est in calore ꝓpter flegmatis frigiditatem. spissa vero propter humiditatem humoris flegmatici. ¶ Alia regula. Urina pallida vel subpallida in colore:⁊ in substantia tenuis significat dominium colere aduste ⁊ melancolie innaturalis sine febre. ¶ Alia regula. Urina pallida in colore ⁊ subpallida in substantia:mediocriter tenuis significat cotidianam de flegmate acetoso indigesto:mediocri dico tēdente ad digestionem. Omnis nāq; materia in sui digestione inspissat vrinaz preter flegma vitreū:qđ ex sua digestione eā attenuat. ¶ Periodica frigora. Idest circulares reuolutiones:vel accessiones:qꝛ a frigore ꝓueniūt. ¶ Flegmate febrem. Idest cotidianā de flegmate naturali. ¶ Subtenuis. Idest remissa tenuitate: vt notet diminutionem. ¶ Pallida cui spissum. Alia ponitur regula de pallido colore:vel subpallido. Urina in colore pallida vel subpallida:in substantia mediocriter spissa sanū flegmaticum significat ⁊c̃. huiusmodi. Cōmentū.

¶ De colore pallido sequente albuz: vel lacteum: vel glaucum: vel karopos.

¶ Si male disposito ꝓcedat corpore glauca.
Lactea: vel karopos: ⁊ pallida post videatꝰ.
Signo palloris vires natura resum...
Et redit ad proprium vis digestiua tenorem.
¶ In febre continua lenta: subpallida: clara.
Pondus apostaseos in dextra parte futurum
Indicat: affectu constante: vigore vigente.
¶ Si fluor absentet vētris: aut viscera tētat
Pallida spumosa: pinguis: liuens: cinerosa
Paucula: fit pestis ptisice non absona testis.
Si fluor accedit mors intrat: vita recedit.
¶ Crudor: ⁊ emfrasis: fluxꝰ: ꝯsūptio: paucā.
Indicat vrinam: ratio contraria multam.

¶ Expositio. ¶ Si male disposita ⁊c̃. Alia regula. Precedēte vrina alba in colore lactea: glauca: vel karopos:⁊ vrina pallida in colore subsequatur fortificationem caloris naturalis significat.⁊ ꝙ ipsa natura corporis resumit vires suas. ¶ In febre continua. Regula secunda. Urina pallida: vel subpallida in colore: in substantia tenius ⁊ clara in febre acuta apparens: cuz bonis signis si Expō.

gnificat apostema futurū sub dyafragmate in parte dex
tra. Si autem talis vrina appareat malis concurrenti/
bus signis: mortis periculuʒ minatur. ⁋ Si fluor absen
tet. Tertia regula. Urina pallida vel subpallida in colo
re: spumosa superius cum quadā liuiditate oleagina: sub
citrina: in quantitate pauca: solutione ventris circunscri
pta: ptisim significat. Si vero tali vrina in ptisi existente
superueniat fluxus: mortale est ꝭm Hypocratem quinto
afforismoruʒ. A ptisi habito diaria superueniens morta/
le est. ⁋ Crudor ꝛ emfrasis. In hoc loco assignat auctor
quattuor causas paucitatis vrine. Et prima est cruditas
materie. Secunda opilatio meatuum: vt in stranguria.
Tertia fluxus ventris. Quarta est consumptio substan/
tialis humiditatis. Et cause istis contrarie faciunt ma/
gnam vrine quātitatem. vt bona digestio: meatuū aper/
tio: ventris constipatio: ꝛ caliditas temperata non ꝯsum
mens substantialem humiditatem. Omnia enim ista fa
ciunt ad multiplicationem vrine.
Cōmen. ⁋ Commentum. ⁋ Si male. Alia regula de pallido co/
lore: que assignatur ꝭm collationē pallide vrine ad glau
cam vrinaʒ. Alba: lactea: vel karopos precedente. Sunt
enim quedam iudicia simplicia: quibus quandoqꝫ iudi/
catur de vrina absolute ꝭm substantiam ꝛ colorem: non
habendo respectum ad statum precedentem: vel ad con
siderationem aliarum circunstantiaruʒ. Sunt etiā que/
dam iudicia electiua: quando habetur respectus prece/
dentis status: vel complexionis: vel etatis: vel aliorum si/
milium. Hic ponitur iudicium collationis: quia si corpo
re aliquo existente distemperato in frigiditate: vrina ap/
pareat lactea: alba: vel glauca: ꝛ post modicum tempus
appareat pallida significat calorem naturalem resume
re vires: vt fiat transitus de indigestione ad principium
digestionis. et de frigiditate ad confortationem caloris
naturalis. Naturalis enim calor resumit vires suas: vel
videtur resumere vires: vel significatur resumere eas.
⁋ In febre continua. In hoc capitulo alia ratio vel regu/
la assignat̄ de pallido vel subpallido colore: quare sic col
lige. Urina pallida vel subpallida in colore: in substātia
tenuis: ꝛ clara: in febre acuta cum alijs bonis signis con/
currentibus significat apostema futurum sub dyafrag/
mate. Qr vrina sit pallida: contingit propter frigiditateʒ
materiei. qꝺ autem sit tenuis ꝛ clara: contingit propter
compactionem ꝛ cruditatem materie: ex quibus morbꝰ
prolixatur. Natura igitur ꝓlixitate morbi aggrauata et
stimulata non potest conuenientem ꝛ absolutaʒ crisim
eligere: vt purget materiam per fluxum sanguinis a na/
ribus: vel per sudorem: vel per fluxū ventris: vel per q̄cꝫ/
cunqꝫ aliam purgationē competenteʒ: facit ergo qꝺ pōt
tanqꝫ fatigata. Sed si debilis esset natura: nec adsint ali/
qua bona signa nūcia: vt si alba appareat: vel virtus eēt
debilis: tunc mortem minaretur. Sed quādo sunt signa
boni nūcia: sicut bonus appetitus: ꝛ robur virtutis: ꝛ for/
titudo mentis: ꝛ respiratio facilis: presumenduʒ est ꝙ in
tali casu per talem vrinaʒ debeat fieri determinatio per
apostema sub dyafragmate. Natura nanqꝫ licet sit fati/
gata: ꝛ materia sit cruda inquātum potest ad se delibe/
randum nititur. Transmittit ergo materiam de nobi/
lioribus membris ad minus nobilia: de principalibus
ad minus principalia: scilicet ad dextrum hipocundriū:
ꝛ ad idem precipue: quia propter presentiam epatis: qꝺ
est membrum calidum. ꝛ propter loci vacuitatem viget
ibi virtus attractiua. ⁋ Pondus apostaseos. Idest apo/
stematicā collectionē de graui ꝛ pōderoso hūore. ⁋ In
dextera pte. Idest in dextro hipocūdrio sub dyafragma
te. Hec regula elicita ē ab Hypocrate in ꝓnosticis circa
finē partis prime. Ubi dicit acuta existente passione col
lectio si fuerit in hipocundrijs ꝛc̄. ⁋ Affectu constante.
Idest bono appetitu cuʒ alijs bonis signis. ⁋ Constan/
te vigore. Idest vigoroso permanente.
⁋ Si fluor absentet. ⁋ Alia regula datur de pallido co
lore: per quem significatur ptisis. Regula sic colligenda
est. Urina pallida vł subpallida in colore spumosa supe/
rius cum quadam liuiditate oleagina: subcitrina: in quā
titate pauca: solutione circunscripta: ptisim declarat. Qr
si in ptisi tali existente vrina superueniat fluxus vētris:
mortale est iuxta afforismum Hypocratis: qui ait in qn/
ta particula afforismorum: scilicet principiū prope a pti
si habito diaria superueniens mortale est. ⁋ Absentet.
Quia talis fluxus ventris ex humorum perturbatione: ꝛ
pauca humiditate redundante ad epar posset apparere:
ꝛ ideo excludimus fluxum ventris ad certitudinem spe
cificatiōis. ⁋ Pallida. Naturali calore debilitato circa
nutritiua: que spiritualibus compatiunt̄. ⁋ Spumosa.
Ex compressione: vel compassione pulmonis: in quo tri/
plex est causa spumositatis. s. impetus motionis: p̄sentia
siue violentia ebulitionis: p̄sentia ventositatis. ⁋ Pin/
guis. Idest oleagina ꝛ magis in pricipio ex pinguedinis
resolutione. ⁋ Liuens. Ex infectione spirituuʒ: ꝛ pulue/
rulenta: ꝛ spumosa materia: que per venam ꝯcauā redū
dans ad epar sanguinē inficit: ꝛ spiritū ꝛ sanguinem cor/
rumpit. ⁋ Cinerosa. Ex partibꝰ pulmonis resoluta: pul/
uis eniʒ est subcinerei coloris. ⁋ Paucula. Ex consum/
ptione humorum. ⁋ Pestis ptisice. Idest pestis: que cor
pus depascit. ⁋ Fluor. Idest fluxus ventris. ⁋ Mors
intrat. Idest multiplicata consumptione.
⁋ Crudor. In predictis capitulis frequēter fuit posita do Cā multitudis et paucitatis vrine.
ctrina de paucitate vrine. ꝛ ideo in hoc cap. causas pauci
tatis vrīe auctor assignat: que sunt q̄ttuor. Prima cā est
. s. cruditas mãe: vt in principio amphimerine. Scḋa cā.
est Emfrasis. i. opilatio meatuū: vt in stranguria litteria
sis. Tertia cā est fluxus ventris: vt in disinteria: in qua
egestio multiplicat̄: ꝛ vrina paucificat̄. Quarta cā est cō
sumptio membroꝝ. vt in ptisi. Humiditas nāqꝫ: que ex/
pelli debet in multiplicatione vrine a violentia caloris
depascit̄ ꝛ anihilat̄: qꝺ maxime est signū in febre acuta
mortale. Ex ꝯtrarijs signis vrina multiplicat̄. s. ex dige/
stione materiei: vt in solutione amphimerine. tunc enim
vrina alba ꝛ tenuis ꝛ multa dʒ occurrere. ⁋ Iteʒ ex em
frasi remota: vel vigore nāe: ꝛ medicaminibus diureti/
cis multiplicat̄. ⁋ Itē ex vētris cōstipatione virtute at
tractiua vigente in epate: vt in habentibus caliduʒ epar
ꝛ siccum multa est vrina: ꝛ etiam in diabeticis. Simili/
ter propter multā attractionem succositatis ex crapula:
vel ex refectione copiosa multiplicatur vrina: ꝛ in potā/
tibus diuretica: ꝛ ea comedētibus multiplicatur vrina.
⁋ Item multiplicatur etiā vrina ex septem causis. Pri/
ma ex multiplicatione cibi: ꝛ negligētia exercitij. Secū/
da est multitudo humorum non coctoꝝ: ex quibus mul
ta resoluit̄ vrina. Tertia est superfluitas cretica. Quar/
ta est consumptio totius corporis. Unde corporis humi/
ditate eliquata a corpore multiplicatur vrina: vt in ethi/
ca. Quinta est diabetes. Sexta est vsus diureticorū. Se/
ptima est paucitas egestionuʒ: ꝛ aliarum superfluitatū.
⁋ Pauca similiter fit ex. 7. cauſ. Prima est paucitas ci
borum ꝛ nimium exercitium. 2ᵃ opilatio meatuum. 3ᵃ
acumen humorum cum vrina vnde vesica pungitur: et
se exonerare nititur. 4ᵃ est mortificatio vesice: ꝛ expul/
sionis defectus: vnde vesica non vʒ in attrahendo: neqꝫ
vʒ in emittēdo. 5ᵃ est paralesis vesice: vt in senibus vel
pinguibus ꝛ flegmaticis dispositis ad paralesim. Nerui
enim

enim a multa humiditate remolliti: non possunt vrinaz continere: donec colata sit: sed paulatim educitur. 6ª est calor immoderatus interius in venis consummens humiditatem corporis: vt in acutis. 7ª est multitudo egestionum: ⁊ aliarum superfluitatum: vt fluxus ventris: et sudor nimius. ¶ Crudor. Idest cruditas mãei. ¶ Emfrasis. Idest opilatio. ¶ Fluxus ventris. Idest solutio ex consumptione membrorum vt in ptisicis: ⁊ hoc est: qđ dicit auctor.

¶ De colore citrino.

¶ Est multis tenuis citrina referta figuris.
Flegmaticū iuuenē: vł quē niger afficit hũor.
Condemnat triteo: duplici senis ipedit ãnos.
Continua puerum: iuuenem cui fel dominat̃.
Portendit sanum. proprio charactere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autumno potius: ⁊ subrumalibus horis
Thoracis: splenis: epatis delicta fatetur.
Pectoris offensam: seiunctis obsita granis
Splenem: si multis radijs virgata corruscãt.
Siccū monstrat epar cū largo fusa liquore.
In febre continua sub morbi limine: talis
Prolixando malum fert detrimenta vigoris.
In medio frenesim monstrat: sub fine duelli
Designat cretice firmari federa pacis.
¶ Flegmatis ⁊ colere: quē ꝯficit vnio reddit.
Citrinam tenuem citri conterminus humor.
Plus tenuē crudus: tenuēqꝫ minus resolut⁹.
Intensam cū febre magis sine febre remissam.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Est multis tenuis. Postq̃ȝ determinatuz est de colore palido: h̄ agit auctor de colore citrino ⁊ subcitrino ƀm copulationem cuz tenui substantia ⁊ mediocri. Unde vrina in colore citrina vel subcitrina cū tenui substantia vel mediocri multa potest significare. Et hoc ƀm diuersitatem etatum: complexionum: ⁊ sexuũ diuersa ⁊ diuersa habet signãre. Unde vrina talis apparens in iuuene flegmatico: vel melãcolico simplicem significat tertianã. ¶ Duplici. Secunda regula. Eadez vrina apparens in sene tertianã duplicē significat. ¶ Continua puerum. Tertia regula. Eadē vrina. s. citria tenuis apparēs in puero significat cōtinuã. puer itelligit̃ hic vsqꝫ ad. 14. ãnos. ¶ Iuuenē q̱ semel. Quarta regula. Predicta vrina in iuuene colerico apparente cum pura ⁊ equali substantia potes sanum colericum iudicare. ¶ Talem constituit. Quinta regula. Eadez vrina apparente ⁊ precedēte: ⁊ precipue in tempore autumnali vel hiemali ⁊ super longo tempore quartanã erraticaz iudicabis. Unde sciēdum ꝙ talis vrina apparet in die post accēssionem: quia quãuis de melãcolia naturali debeat apparere discolorata: tamen qꝛ febrilis caliditas accensa fuit in materia: colorez recipit: ⁊ sic apparet citrina vel subcitrina. ¶ Thoracis. Ista eadem vrina significat vitiuz pectoris splenis ⁊ epatis: ⁊ sic distingue. Pectoris: qꝛ vrina fit citrina cum tenui substantia. sed magis tenuis in superiori regione: ⁊ maxime cum granis ⁊ ampullulis apparente indicat super pectoris vitium ⁊ stricturam: ratio huius sufficienter traditur in cōmento. ¶ Splenis. Eadem etiam vrina citrina vel subcitrina in colore: tenuis in substantia: et multum clara: radiosa vel virgulata spleneticam significat passionem. Ista etiã vrina potest significare emorroidam passionem. ¶ Sicut monstrat. Urina citrina ⁊ tenuis: multa in q̃titate: cum macilentia corporis: ac siccitate: ⁊ ventris constipatione: tunc epar distemperatum in siccitate indicabit: ratio huius vero sufficienter traditur in cōmento. ¶ In febre. Alia regula. Urina eadē: citrina ⁊ tenuis: apparēs in febre continua ⁊ acuta, et hoc in principio: significat materie cruditatē: ⁊ sic morbi longitudinem. ⁊ ideo timendū est merito de virtute: ne deficiat. ¶ In medio. Talis etiam vrina si appareat in febre cōtinua ⁊ acuta in medio scilicet egritudinis: ⁊ precesserit vrina rubea: vel subrubea: nec facta sit aliq̃ purgatio cretica supra frenesim ex raptu materie superi⁹ ad cerebrum indicabis. Sed si facta fuerit aliqua purgatio cretica. ⁊ talis appareat: tunc supra alleuiationem infirmi ⁊ eius ꝯualescentiã ab egritudine indicabis. ¶ Flegmatis ⁊ colere. Regula. Urina citrina cū tenui substantia coleram citrinam significat abundare. Notanduz est ꝙ colera citrina generatur ex commixtione colere rubee ⁊ flegmatis naturalis. Unde ex albedine ipsi⁹ flegmatis rubedo colere remittitur ⁊ sic efficitur color citrin⁹: ⁊ ex spissitudine ipsius flegmatis colere tenuitas remittitur: ⁊ sic generatur colera citrina vt dictum est: et ex admixtione istius colere citrine in vrina redditur minus colorata ⁊ minus tenuis q̃ȝ ex admixtione colere rubee naturalis. ¶ Plus tenuez. Ista colera citrina aut est digesta: aut indigesta. Si digesta: tunc reddit vrinam minus tenuem: qꝛ sui digestione vrina aliqualiter inspissatur. Si vero illa colera citrina sit indigesta: tūc reddit vrinam magis tenuem: qꝛ propter sui indigestionem non resoluitur aliquis humor grossus cum vrina: qui ipsam vrinaz posset inspissare: vel reddere magis spissaz. ¶ Intensaz. Si illa colera citrina accēdatur ⁊ inflammetur caliditate febrili. tunc ipsa vrina magis intēdit̃ in colore. Si vō sine febre vrina remititur. et ista sufficiant de illo colore citrino. ¶ Talem constituit. Nota ꝙ si vrina citrina apparuerit in autũno: quando brũme cadunt: talis pōt significare quartanam: ⁊ hoc dico erraticam: ⁊ dicit̃ planetica: quia tenet modum quorũdam planetarum: sicut martis: mercurij: iouis: veneris: ⁊ saturni. ¶ In febre cōtinua. Nota ꝙ talis vrina: scilicet citrina ⁊ tenuis apparens in principio continue fe. significat longitudinē egritudinis: que terminabitur ad mortem. Si autem appareat in medio siue in statu egritudinis significat raptum materiei ad frenesim faciendam. In fine autem egritudinis apparens bonam determinationem ipsius egritudinis significat: scilicet sanitates.

Cōmentū. ¶ Commentum. ¶ Est multis tenuis. Post palliduz colorem agit auctor de citrino vel subcitrino ƀm coniugationem eius cum tenui substantia: ⁊ etiam cuz mediocriter tenui. Urina citrina in colore: tenuis in substãtia per totum ad diuersa equiuocatur signa: per diuersitatē nãq̃ȝ complexionum sexuum ⁊ etatuz aliud ⁊ aliud habet significare. Nam in iuuene flegmatico si talis appareat significat tertianam simplicem: non enim est accommoda flegmatice complexioni: cum in flegmatico sano debeat esse pallida: vel subpallida cum pura ⁊ equali substantia ⁊ mediocri. Qꝛ ergo appareat citrina contra legē complexionis significat excessum caloris: ⁊ colericaz accensionem. Nãsi flegma accenderetur: vt faceret febrez substantiã inspissaret: ⁊ colorem remitteret. Si melãcolia esset in ea q̃uis substantiam attenuaret colorem tamen non intenderet. Si vero esset in ea sanguis substãtiã inspissaret: ⁊ talis color intensior esset. Sequitur ergo ꝙ talis vrina alijs circumstãtijs circumscriptis in flegma-

tico corpore: ⁊ in melancolico significat tertianã simplicem. In sene autem talis apparens significat duplicem tertianam: ⁊ maxime in flegmatico vel melancolico: qꝛ tum ex etate: tum ex complexione magis distat ab eius natura. ⁊ ideo distemperantiam maiorem portendit cũ in sene flegmatico vel melancolico debeat esse alba: vel lactea propter defectũ naturalis caloris. Si vero in puero talis appareat vsqꝫ ad. 14. ãnos febrẽ in eo significat continuã: licet enim in pueris debeat esse colorata: ⁊ spissa: ex etate tamen: quia meatus sunt angusti: non possunt sic humores emitti: quorum admixtione cum vrina fit coloratio: ⁊ eiꝰ ĩspissatio: remanet ergo discolorata; quare parum colorata in puero maius significat malum qꝫ multum colorata in iuuene. Est etiaꝫ discolorata in pueris propter inordinatam dietam ciborum: ⁊ potuum susceptionem: ⁊ propter gulositatem. ¶ Iteꝫ vrina citrina ⁊ tenuis cum pura ⁊ equali substantia sanum significat colericum. ¶ Eadem longo tempore procedente ⁊ maxime autumno vel hyẽme designat erraticam: vel quartanam: ⁊ talis apparet post diem accessionis: licet eniꝫ de melancolia naturali debeat esse discolorata. tamen ex febrili distemperantia accensa materia occurrit citrina vel subcitrina. ¶ Item vrina citrina cum tenui substantia magis tenuis in superiori parte: ⁊ precipue cũ ampullis ⁊ granis significat vitium thoracis: ⁊ pectoris strictu ram ⁊ quãdam preparationem ad ptisim. Phisicaꝫ seu theoricam sic collige: scilicet ꝙ si sit tenuis cũ tali colore non est ex caliditate: quia color intẽsior esset: si se distemperantia caliditatis ingereret. Non est tenuis ex frigiditate: quia intensio frigiditatis eã potius dealbaret: humiditas non reddit eam tenueꝫ: quia potius inspissaret. Fit ergo tenuis ex siccitate. vnde distẽperantia siccitatis insinuatur in corpore: ⁊ maxime quia circa pectꝰ: ⁊ thoracem membra sunt sicca ⁊ ossuosa. ⁊ ideo adueniente distemperantia simili maxime leduntur sicut ex contrarys iuuantur. Qꝛ autẽ sit magis tenuis superius inde maior desiccatio circa thoracem ostenditur: ꝙ si ampulosa appareat ⁊ granulosa: thoracẽ ex angustia ⁊ siccitate magis affligi significat. ¶ Iteꝫ citrina vel subcitrina in colore: in substantia tenuis: limpida: multũ ⁊ clara. Si fuerit quasi virgulata ⁊ fenestrata: spleneticam passionẽ significat. vnde illa virgulatio fit: ⁊ superius dictũ est. Talis etiam vrina potest significare vitium condilomatũ: ⁊ emorroydarum. ¶ Item vrina citrina ⁊ tenuis multa in qꝫtitate cum siti: ⁊ macilentia corporis: ⁊ constipatione ventris significat distemperantiam epatis in siccitate. Epar nãqꝫ siccum multum attrahit de succositate ab intestinis. vnde vrina multiplicabitur. dolor adest in dextro hypocundrio: ⁊ videtur patienti ꝙ quasi quedam flãma ad guttur suum ascendat ex calido: ⁊ fumo superius respirante. ¶ Iteꝫ vrina citrina: ⁊ tenuis in fe. acuta in principio apparens: significat cruditatem materiei: ⁊ ex cruditate prolixitatem morbi. Et ex prolixitate defectum virtutis minatur. vnde timenduꝫ est ne natura deficiat in via. Si ṽo in medio morbi ⁊ in statu talis vrina appareat precedente rubea: vel subrubea: nõ facta aliqua purgatione cretica: frenesim significat ex raptu materiei ad cerebruꝫ. Sed si precedente cretica determinatione vrina citrina: ⁊ tenuis appareat. tunc alleuiationem patientis significat: ⁊ conualescentiam infirmi: ⁊ declinationem morbi. Littera plana est. ¶ Figuris. Idest significationibus. ¶ Niger humor. Idest melancolia. ¶ Triteo. Idest tertiana simplici. ¶ Duplici. Scilicet tertiana. ¶ Impedit. Idest inuadit. ¶ Fel. Id est coleraꝫ. ¶ Karactere. Idest dispõne. ¶ Quartana. Idest de melãcolia naturali post diẽ accessionis. ¶ Planetica. Idest erratica. ¶ Autumno ⁊c̃. In quibus frigidi humores impetum faciunt. ¶ Limine. Idest in principio in medio ⁊ in statu. ¶ Sub fine duelli. Idest crisi celebrata.

¶ Flegmatis et colere. Alia regula proponitur de vrina citrina cum tenui substantia: scilicet quia talis vrina significat coleram abundare citrinam: que generatur ex commixtione rubee colere: et flegmatis naturalis frigiditate: ⁊ humiditate flegmatis remittitur calor colere ⁊ siccitas. spissitudine flãtis remittitur colere tenuitas. Albedo flegmatis ruborem colere remittit: ⁊ ita fit colera citrina: ex qua redditur vrina minꝰ colorata: ⁊ tenuis qꝫ ex colera rubea naturali. Sed colera citrina alia est digesta: alia est indigesta. Ex colera citrina indigesta vrina redditur subcitrina: ⁊ multum tenuis. et hoc ideo: quia cum sui indigestione repugnat nature expellenti non emittitur aliquis grossus humor cũ vrina: cuius admixtione vrina possit inspissari. Ex colera citrina digesta fit vrina subcitrina: ⁊ mediocriter tenuis: qꝛ cum colera citrina digesta non repugnet expulsioni: tũc aliquis grossus humor cum vrina emittitur. vnde a tenuitate immittitur. Si vero accendatur colera citrina cum distemperantia febrili: tunc vrinam reddit magis intensam in citrinitate. sine febre vero reddit eam remissiorem. Colera vitelina disponit vrinã remissiorem qꝫ colera citrina: ⁊ minus tenuem: qꝛ fit ex commixtione vitrei flegmatis ⁊ colere rubee. Que vero accidẽtia sequantur ex colera citrina: vel vitelina: ex alys humoribus in libro nostro de sinthomatibus dicetur. ¶ Humor citri cõterminus. Idest qui assimilaẗ malo citrino in colore. ¶ Unio flegmatis ⁊ colere. Idest cõmixtio. ¶ Conficit. Idest constituit talem humorem. ¶ Reddit. Scilicet vrinam citrinam in colore: ⁊ tenueꝫ in substantia: sed distingue: quia crudus. idest quando est indigestus reddit eam plus tenuem: quia magis resistit expulsioni. ¶ Resolutus. Idest digestus reddit eã minus tenuem: qꝛ idem resoluitur ⁊ purgatur cum vrina: ⁊ cum febre: quia tunc mã incenditur sine febre: qꝛ febrili accessione remota calor materie antecedens lentescit.

¶ De ruffo colore ⁊ subruffo.

¶ In ruffuꝫ vergens puri color emulus auri.
Equalis: purus: medius: cui se liquor vnit.
Corpus eucratici validos denunciat actus.
¶ In puero: iuuene: sene: flegmatico: muliere.
Ruffa manẽs tenuis notat hec icõmoda febri.
Continuã: triteũ: duplicem sed tẽpore lõgo
Epatis offensam: vel febrem quadriduanam.

¶ Expositio. ¶ In ruffum. Determinato de colore citrino ⁊ subcitrino: consequenter agit hic de colore ruffo: et subruffo: scilicet in similitudinẽ auri puri. Regula. Urina ruffa vel subruffa in colore cum pura: ⁊ equali: ⁊ mediocri substantia: corpus eucraticum significat: idest in optimitate complexiõis. ⁊ hoc habetur a Gal. in primo de crisi. in capitulo de vrina. Ratio huius est: qꝛ cuꝫ corpus eucraticum sit in temperamento. vrina existens in temperato habet ipsi attestari: quia color ruffus medius est inter colores significantes excessum in frigiditate: et excessum in caliditate. Et etiã substãtia vrine media est inter tenuitatem: ⁊ spissitudinem. ⁊ ita significatur temperamentum in siccitate: ⁊ humiditate. ⁊ ista est sententia trium

tia triū priorū versuum. ¶ In puero. Alia regula. De ruffo colore cum substantia tenui: ⁊ habet tria mēbra. ⁊ sunt ista. Quotienscunqꝫ videbis talez vrinam ruffam: vel subruffam in colore: ⁊ tenuem in substātia in puero: iudica feb. continuam: in iuuene iudica simplicem tertianam: in sene: ⁊ flegmatico: ⁊ muliere iudica duplicem tertianā. ¶ Sed tempore longo. Idest si talis vrina apparet longo tempore precedente: nec adsit fe. calefactionem epatis indicabis. sed si sit febris: tunc illa febris est quartana: ⁊ maxime in autumno ⁊ hyeme.

Cōmē. ¶ Commentum. ¶ In ruffum vergens. Post citrinum colorem agit auctor de ruffo colore: ⁊ subruffo ſm coniugationem tenuis substantie ⁊ spisse: vel mediocriter tenuis: vel mediocriter spisse. Et p̄mo ostendit que sit vrina eucratici corporis: ⁊ eucratici coloris. vrina nanqꝫ ruffa vel subruffa in colore cuz pura: ⁊ eq̄li: ⁊ mediocri substantia corpus eucraticum significat. designat nāqꝫ temperantiā humorum; ⁊ equalitatem. Et talis color fit propter temperantiam caliditatis ⁊ frigiditatis. ⁊ talis substantia fit propter temperantiam siccitatis ⁊ humiditatis. Uel aliter ex calidis humoribus vrina fit colorata: ex frigidis discolorata. ergo ex temperantia eorum: ⁊ eq̄li conuenientia: nec colorata: nec discolorata apparet: sed potius ruffa cum quadam rutilantia ⁊ claritate: tanquā aurum euriçon: qui color equaliter distat ab extremis. ⁊ sicut est medius. ita ⁊ mediocritatem designat. Ex siccis humoribus. vrina attenuatur. et ex humidis inspissatur ergo ex equali conuenientia: ⁊ concursu eorum fit vrina in substantia mediocris: vt magis vergat in tenuitatem q̄ꝫ in spissitudinem. Equalitas substātie nullaz significat in corpore fieri perturbationem. Nam quibus vrine distantes sunt: his humorū in corpore fit perturbatio. Puritas substātie quādo scilicet non est obscura: nec obumbrata: nec feculenta significat naturalis caloris fortitudinem valentis humorem depurare. Or si ruffa sit in colore: ⁊ mediocriter spissa: cum pura ⁊ equali substantia sanum significat sanguineum: ⁊ temperantiam humorum significat. sed inequalitatem humorum: quia significat dominium sanguinis. ¶ Color vrine vergens in ruffuz. Idest exp̄sse ruffus: vel emulus ruffedini. ¶ Puri auri. Idest similis puri auri: idest euriçon. ⁊ dicitur euriçon ab eu: qđ est bonum: ⁊ riçon qđ est aurum: inde euriçon: idest bonum aurum: quia auro bone radicis assimilaꝰ: nō auro aleçca: vel aluea veniēte: qđ est pallidū. ¶ Cui. Idest colori predicto. ¶ Se vnit. Idest copulat ⁊ associat. ¶ Liquor. Idest substantia. ¶ Equali. Scilicet sine aliqua perturbatione: ⁊ non est distans ſm omnes sui partes. ¶ Purus. Ab omni nebulositate. ¶ Medius. Idest mediocris iter extremitates. ¶ Talis inq̄ꝫ. Scilicet color. ¶ Denūciat. Idest exprimit. ¶ Ualidos actꝰ. Idest perfectam operationem virtutum ex temperantia: ⁊ equalitate humorum corporis precedente: non cuiuslibet: sed eucratici bene temperati. ¶ In puero iuuene ⁊c̄. Alia ponitur regula. De ruffo colore cū tenui substantia: quia in puero significat fe. continuam significat in iuuene. triteum. idest tertianam simplicem. sed in sene flegmatico ⁊ muliere significat duplicem tertianam. ¶ Tempore longo. Precedente febre circunscripta significat offensam epatis: idest calefactionez. ¶ Febrez quatriduanam. Idest quartanam notam significat: si diu talis vrina supradicta appareat cum febre: ⁊ hoc scilicet maxime habet veritatem in autumno ⁊ in hyeme. Ratiões vero horum accidentium causa breuitatis pertransimus: quia in capitulo de colore citrino debis sufficienter explanauimus: ⁊ cetera.

¶ Alia regula de colore ruffo.

¶ Principio cāe dū sunt noua semina morbi.
Ruffa parum tenuis: cuius summaz regionē.
Nubes rara tenet motu generata caloris.
De salso typicam succendit flegmate febrem.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa parū iam non triteū: magis iductiosaz
Indicat ex falso: vel dulci flegmate febrem.
¶ Flegmatis at salsi mordax exuberat hūor.
Et sine febre furens enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris acumine partes.
¶ Si subruffa parum tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Hydropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. ¶ Principio cause. Hic daꝰ alia regula de colore ruffo cum substantia mediocriter tenui: ⁊ est scilicet vrina ruffa in colore: ⁊ mediocriter tenuis in substantia: in principio passionis nebulosa: ⁊ vmbrosa: ex motu caloris per resolutionem fumositatis significat febrem interpollataz de salso flegmate. sed egritudine iam procedente significat tertianā. Unde sciendū est: ꝙ si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinez q̄ꝫ ad subtilitatem: tunc sine dubio significat quotidianam solum interpollataz supra de flegmate salso: vel dulci De salso si accedat ad spissitudinem. de dulci si incipiat inspissari. ⁊ ista est sententia. 7. versuum vsqꝫ ibi. Flegmatis at salsi. ¶ Alia regula. Urina ruffa in colore cum mediocriter tenui substantia. non superius obumbrata: cuz impura: ⁊ inequali substantia flegma salsum significat abundare sine febre. debet tamen ista vrina in superiori parte esse magis spissa. Urina ista redditꝰ in colore mediocri: scilicet subruffa: quia pro mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebulitio: ⁊ sic mediocris color fit: non obumbrata: quia non est ibi febris: inequalis est substantia: quia ex flegmate: debet esse spissa: ⁊ ex siccitate quia salsum: debet esse tenuis: ⁊ sic ex vtraqꝫ redditur inequalis: scilicet superius: ⁊ tenuis inferius. ¶ Et iō notandum est: ꝙ ex isto flegmate salso: ⁊ mordicante: et abundante attrahitur ad extremitates: scilicet manus: ⁊ pedes: ⁊ hoc ratione mobilitatis istaruz partium. Unde vrina aliquotiens significat pruritum per totum corpus vniuersaliter: ⁊ aliquando particulariter: si ergo per totā vrinam appareant resolutiones. tunc per totum corpus vniuersaliter scabies iudicatur. Si vero in superiori parte vrine. tunc in superioribus mēbris pruritus ⁊ scabies significaꝰ in media regione vrine. tunc iudicium est nutritiuorum membrorum. Si vero appareant in infima regione tunc scabies ⁊ pruritus pedum: tibiarum: et coxarum significatur. ¶ Si subruffa. Si talis vrina subruffa in colore: parum tenuis in substantia: sine nebulositate appareat per longum tempus in hydropico: tunc significat destructionem ⁊ mortem: sicut dicetur in commento: ⁊ hoc conuenit Hypocra. in pronosticis: dicit enī Omnis nanqꝫ hydropis ⁊c̄. ⁊ in Theophilo.

¶ Commentum principio cause. Alia regula de ruffo colore cum substantia mediocriter tenui. ¶ Dum sunt noua semina morbi. Idest in principio passionis dum passio adhuc est noua: ⁊ tenera. ruffa in colore. ¶ Parum Cōmen.

tenuis. Idest a tenuitate remissa. ¶ Nubes rara. Idest nebulosa quadam vmbrositate motu caloris per resolutionem fumositatis generata. ¶ Typicam. Idest interpollatam. ¶ Triteum. Idest tertianam. ¶ Morbo accedente. Idest tam materia digesta. sed si a principio appareat parum spissa: idest magis accedens ad spissitudinem q̄z ad tenuitatem: iaz non significat nisi quotidianam: ꝛ sublata est equiuocatio tertiane. ¶ Inductiosaz. Idest interpollatam de salso flegmate si accedat ad spissitudinem. Uel dulci. si inspissari incipiat.

¶ Flegmatis at salsi. Ponitur regula de ruffo colore cuz mediocriter tenui substantia: quam sic collige. Urina in colore subruffa: ꝛ in substantia mediocriter tenuis: ꝛ non superius obumbrata: cum impura ꝛ inequali substantia flegma salsum sine febre significat abundare. Sed in superiori parte debet esse magis spissa: ꝛ ex equalitatibus flegmatis salsi vrina redditur in colore mediocris: scilicet subruffa: quia pro mediocri calore flegmatis mediocriter fit ebulitio: ꝛ pro mediocri ebulitione fit mediocris: ꝛ non est obumbrata: quia non est accensio febrilis caloris: inequalis est in substantia: quia ex flegmate debet inspissari: ꝛ ex siccitate attenuari. ergo pro vtraq̄z redditur inequalis substantia: scilicet superius spissa: ꝛ inferius tenuis. Spissa est vrina superius: quia cum ipsa vrina effunditur aliquid spiritus ꝛ fumositatis: ꝛ quod leue est de natura: petit superiora: quod vero in vrina est subtile per spiritus ascendit ꝛ perforatur ab illis: quod vero superius est natat: per vrinam impellitur ergo ad superficiem materia: ꝛ inspissatur vrina. Item ex mediocri calore illius flegmatis aliqua fit ebulitio: ꝛ per eam alique partes resoluuntur ex humore: que leuigate ꝛ inspissate: petunt superficiem. ¶ Mordax. Idest mordicans mēbra: et pungens propter colericam infectionez. ¶ Enormes actus. Idest pruritum: ꝛ scabiem. ¶ Extremas partes. sicut manus: ꝛ pedes: ꝛ crura. Ad istas eniz partes ratione mobilitatis potius attrahuntur: ꝛ pelluntur superfluitates. Sed distingue: quia quādoq̄z vrina significat vniuersalem pruritum multum totius corporis: quandoq̄z particularem: vt in supremis partibus. vel in infimis vel in medijs. Si ergo appareāt resolutiones in suprema parte vrine: tunc superiorum partiuz significatur pruritus: si in media nutritiuorum. si inferius coxarum crurum ꝛ pedum. Si autem per totam vrinam appareant resolutiones totius corporis: scabies ꝛ pruritus iudicantur. ¶ Subruffa. Idest parum tenuis: quia sine febre. ¶ Non nubila. Idest non nubilosa. ¶ Constanti tēpore. Ut propter perseuerantiam malitia designetur.

Al. i. q̄si sine febre,

¶ Hydropico. Idest leuco flegmatico. ¶ Talis. Idest ruffa: vel subruffa. ¶ Portenditur exicialis. Idest funesta: ꝛ perniciosa: quia febrem significat accendi in humoribus facientibus hydropisim: qui cum multi sint prius consumitur subtilis humiditas calore febrili q̄z ipsi recipiant aliquam diminutionem. Omnis nanq̄z hydrops in acuta egritudine malum: vt dicit Hypo. in p̄nosticis. Infestatur enim patiens febris grauedine: ꝛ dolore: ꝛ triplex funiculus difficile rumpitur. ꝛ ideo exicialis: idest mortalis est in hydropico talis vrina: quia significat speciem hydropisis incurabilem: scilicet aschlitem ꝛ timpanitē. Itē habet apud Theophilū dicentē vrina ruffa in hydropico mala: queādmodū aquosa subtilis.

¶ De ruffo colore cū suba mediocriter spissa.

¶ Ruffa paꝝ pīguis: retinēs vmbracula nob
Indicat accendi febrem de flegmate dulci.
¶ Infra subsistens color: ꝛ substantia cōstet.
Flegmatis excessus dulcis sine febre notat.
¶ Ruffa parū pinguis: tenuis vl' liuida ꝯstās.
Membra q̄bus fiūt spiramina flāte dulci
Uel salso monstrat certa ratione grauari.
In muliere magis portēdi probra monete.
¶ Si color est ruffus: pīguis substātia: febrē
Signat continuā de flegmate vasa tenentē.
¶ Si sit causa recēs: ꝛ summū liuor obūbret.
Aut minor innitur: aut pleuresis insinuatur.
Si vet⁹: aschlites mag̃: aut empima notat.
¶ Debile reumaticā mēbrū turbante querela
Disponi poterit pinguis: ruffiq̄z coloris.
¶ Si spumosa magis fiat: ciners̄q̄z coloris
Emula: distincte liuens: subruffa remissa.
Ad loca pulmonis morb⁹ later̄ peregrinat.
¶ Pinguis: ruffa: parū liuēs: oleagia: crinis.
Obsita sit febris ethice ligata fidelis.

¶ Expositio. ¶ Ruffa parum. Postq̄z determinatum est de ruffo colore cum tenui substantia: et mediocriter tenui: hic dat̄ regula de ruffo colore cuz suba mediocriter spissa. Regula est ista. Quādocūq̄z videbis vrinā in colore ruffam: in substantia mediocriter spissam: et superius obumbratam cum non pura: et inequali substantia: iudica quotidianam de flegmate dulci. ¶ Infra subsistens. Si autem color remittatur: et sit subruffus: et remaneat substantia mediocriter spissa: tunc significat abundantiam flegmatis dulcis sine febre. ¶ Ruffa parum pinguis. Alia regula. Quotienscunq̄z videbis vrinam ruffam in colore in substantia mediocriter tenuem: vel spissam: et sit in superiori parte liuida longo tempore talis perseuerans: significat flegma dulce: vel salsum in spiritualibus abundare. ¶ In muliere. Si talis vrina appareat in muliere: hic color significat matricem pregrauatam ex flegmate salso vel dulci: quia quidam meatus communes sunt vijs vrinalibus: et matrici. Et tunc apparent in vrina quedam resolutiones: quandoq̄z albe: quandoq̄z nigre: squamose: et non distinguitur liuiditas in vrina nisi cum manus appositione. propter hoc: quia ruffus color impedit: et tunc cum in matrice materia est contenta: adest dolor in dextro hypocundrio cum inflatione quadam: et extensione. ¶ Si color est ruffus. Alia regula de ruffo colore cum substantia per totum spissa: et est ista. Quandocūq̄z videbis vrinam ruffam: vel subruffam in colore: ꝛ in substantia per totum spissam: obumbratam: et obscuram sine liuiditate: tunc iudica febrem continuam de flegmate naturali intra vasa putrefacto ꝛc̄. ¶ Si sit causa recens. Alia regula. Quotienscunq̄z videbis vrinaz ruffam in colore: in substantia per totum spissam: liuidam superius manu opposita sine resolutionibus furfureis tempore pauco procedentem: minorem emitriteum iudicabis. Est autem minor emitriteus s̄m quod vult auctor sequens Petri musandini auctoritatem ex colera putrefacta extra vasa ex flegmate intra. Ex colera vrina debet colorari: et ex flegmate discolorari pro eorum mixtione cum vrina. et ita ex vtroq̄z reducitur ad medium colorem: scilicet ruffum vel subruffum. Liuida est ista. Urina superius propter humoris corruptionez.

Expō.

Cōmē.

Et quia

Et quia humor corruptus est paucus: et etiam ruffedo vrine impedit: nō apparet liuiditas nisi manu opposita. Hec sunt accidentia: que concomitantur: scilicet frigiditas extremitatum ad horam vespertinam. vnde licet colera dominium habeat a tertia hora diei: tamen propter flegma putrefactum a motu proprio retardata legem ipsius flegmatis sequitur: ⁊ hoc scriptuz est in commento. ℂ Aut pleuresis. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia per totuz spissa: liuida superius ⁊ turbulenta: in recenti tempore significat pleuresim. Et est sciendum ꝙ pleuresis. vt vult Gal. in scdo de crisi. capitulo. 4. sunt accidentia sibi propria. Unum est dolor lateris pungitiuus. secundum est febris cōtinua. tertium est tussis indeficiens. quartum est difficultas inspirandi. Que vero sit differentia inter vrinam significantem minorem emitriteum: ⁊ vrinam significantem pleuresiz satis habetur in commēto. ℂ Si vetus aschlites. Alia regula. Urina ruffa ⁊ superius liuida; longo tempore ꝑcedente significat hydropisi aschlitem vel empima cum disnia. ℂ Debile. Urina ruffa in colore in substantiā spissa superius liuida ⁊ granulosa significat materiā reumaticam ad membra debilia descendentem et apostema facientem: puta sub assellis: ⁊ in inguinibus: ⁊ etiaz in membris generatiuis: in quibus propter plurimam neruositatem viget sensibilitas doloris: ⁊ omnis dolor exacuit reuma. vt vult Gal. ℂ Si spumosa. Alia regula. Urina subruffa in colore a media regione superius. distincte liuens ⁊ quasi subcineritia: multum spissa vel spumosa in pleuresi precedente ruffa intensa significat conuersionem pleuresis: in peripleumoniaz. Fit autem in vrina subruffa per translationem materiei a loco sensibili ad locum quasi non sensibilem: scilicet membrum flegmaticum videlicet pulmonem. ℂ Pinguis ruffa parum. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia spissa: magis tamen superius ꝙ̃ inferius opposita manu in supꝰficie liuida ⁊ oleagina cuz crinoidibus ⁊ resolutionibus multo tempore procedente significat tertiam speciem ethice.

Cōmē.

ℂ Commentuz. ℂ Ruffa parum. Expeditum est de ruffo colore cum tenui substantia: vel mediocriter tenui. Nunc autem proponitur regula de ruffo colore cuz mediocriter spissa substantia quasi incipiente inspissari: quā sic collige. Urina ruffa ī colore: mediocriter spissa in substantia: superius obumbrata: cum nō pura ⁊ inequali substantia: significat quottidianaz de flegmate dulci. Si autem sit subruffa manente eadē substātia significat abundantiaz flegmatis dulcis sine febre. Et distingue: scilicet ꝙ illud flegma dulce habet immutare vrinam duobus modis: scilicet substātiali sui admixtione: ⁊ tunc cum fit illud flegma albū ⁊ spissum: reddit eaz: scilicet vrinam albaz ⁊ spissam: minus tamen albaz ꝙ̃ flegma naturale: ⁊ magis spissam ꝙ̃ flegma salsum: cum maiori humiditate participet: quia qualitatibus sanguineis est infectum. ℂ Item flegma dulce immutat vrinam ex qualitatibꝰ suis: ⁊ reddit eā ruffaz: ⁊ subruffam: ⁊ spissaz pro mediocri calore suo: ex quo mediocris fit ebullitio: ⁊ ex mediocri ebullitione contingit mediocris color. Est spissa propter humiditatez. Est inequalis substantie: quia non est equaliter spissa per totum. Spissa significat fieri perturbationez: ex qua perturbatione generantur fumositates multe: ⁊ ventositas emissa cum vrina diuellit: ⁊ impellit humores per vrinaz. Et per idem fit inequalitas substantie: cuz magis impellatur de humoribus in vna parte ꝙ̃ in alia. impuritas substantie significat defectum caloris naturalis non valentis deputare vrinam: que sunt accidentia dulcis flegmatis vel salsi: in libro nostro de sinthomatibus requiras. ℂ Parum pinguis. Idest mediocriter spissa: quasi remissa accedens ad spissitudinez: aut incipiens inspissari. ℂ Infra subsistens. Idest ruffa: vel subruffa. ℂ Ruffa parum tenuis. Alia ponitur regula de ruffo colore cum mediocriter tenui substantia vel mediocriter spissa: que sic colligitur. Urina ruffa in colore: in substantia mediocriter tenuis: vel spissa: longo tempore liuida perseuerans: in superiori parte: flegma salsum vel dulce in spiritualibus existens in pinguibus abundare significat. Si mediocriter tenuis sit vrina: fit de dulci flegmate. si mediocriter sit spissa: et adsit febris: fit de materia in spiritibus contenta. Sed flegma salsum vel dulce in spiritualibus existens: ex calore eorum et modo ebullitionis corrumpitur facile. ergo reddit eam per totum liuidam. Sed liuiditas illa propter colorem vrine ruffe: vel subruffe non est perceptibilis nisi facta manus appositione: ⁊ tunc dicunť hec accidentia concomitari: scilicet tussis: strictura pectoris: et angustia respirandi. ℂ Si talis appareat in muliere: hic color significat matricem pregrauari a salso flegmate vel dulci: habet namq; matrix communes meatus cum vijs vrinalibus. ⁊ tunc adsunt quedā resolutiones: que sunt quandoq; nigre squāmose: ⁊ non est distinguendum de liuiditate: nisi cum manus appositione. Et adsunt etiam hec accidentia: cum materia in matrice continetur: scilicet dolor in dextro hypocundrio cum extensione et inflatione quadā. ℂ Constans. Idest permanens diu talis. ℂ Quibus fiunt spiramina. Idest membra spiritualia: que deseruiunt spirationi. ℂ Probra monete. Idest vitiuz matricis ex repletione superfluitatum. Matrix moneta dicitur metaphoꝛ: quia sicut super incudem moneta tunditur: sic in matrice fetus monetatur. Matrix plerūq; oneratur ex flegmate salso ibi existente preter naturaz ⁊ corrumpitur: ⁊ redundās per venam concauā ad epar sanguinem inficit: ⁊ per meatus vrinales redundans ad vesicam vrinam inficit: ⁊ liuidam reddit ex sui admixtione. Sunt autez meatus vrinales coniuncti ⁊ alligati matrici: ⁊ tunc apparent quedam resolutiones: quandoq; albe: quandoq; nigre ⁊ squāmose: nec distinguitur liuiditas nisi apposita manu: q2 sub ruffo colore delitescit. Hec accidentia debent adesse: scilicet dolor sub sinistro hypocundrio cum extensione quadam et inflatione. ℂ Si color est ruffus. Alia regula de ruffo colore cuz prorsus spissa substantia: quam sic collige. Urina ruffa in colore: vel subruffa in substantia per totum spissa: superius per totum obumbrata ⁊ obscura: sine liuiditate: quottidianam significat de flegmate naturali. ℂ Item alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia per totum spissa: apposita manu: in superficie liuida: sine resolutionibus furfureis pauco tempore procedente: significat minorem emitriteum. Fit autem minor emitriteus ex colera putrefacta extra vasa ⁊ ex flegmate intra. et ex colera debet vrina colorari. sed ex flegmate debet discolorari. ergo ex vtraq; in colore debet fieri mediocris: scilicet subruffa ⁊ ruffa ⁊ est superius magis spissa: propter assignatā causam: quā premisimus de vrina significāte quottidianā interpollatam de flegmate salso. Liuida in superficie est propter corruptionem humoris: ⁊ propter incidentem ebullitionē: ⁊ q2 paucus est humor corruptus: ⁊ ꝓpter vrine ipsiꝰ ruffitatez: nō pōt distingui liuiditas sine manu opposita. Et hec accidentia debent concomitari: scilicet frigiditas extremitatum ad horam vespertinam: ⁊ hoc propter coleram putrefactā extra venas: cuius fit dominium a ter-

Cāe et sigª minoris emitritei.

tia hora diei: tamen a proprijs motibus retardatur propter flegma putrefactum in vasis. Et sequitur legez flegmatis: ⁊ sunt in summo labore vsq; mane: quia de vtraq; materia affliguntur: ⁊ tunc vsque ad horam tertiam sunt in summo labore: quia duz altera materia putrescit: alia preparatur ad putrefactionem: ⁊ a tertia hora vsq; ad horam vespertinam sunt in falsa quiete: quia tunc de altera affligitur: ⁊ tunc insurgit paroxismus. Et in accessione iacet oculis clausis: ⁊ palpebris oppressis: nec oculos aperit: nisi vocetur ⁊ hoc accidit propter fumositatez resolutam: humiditate fumosa petente caput: ⁊ relaxante palpebras oculorum. Nō nos latet sententia Ferrarij ⁊ Platearij: ⁊ magni Joānis de sancto Paulo: qui asserebant minorem emitriteum de colera intus putrefacta: ⁊ flegmate extra. sed eorum sententie sunt dimittende. et Petri musandini auctoritatem sequimur. ¶ Si sit causa recēs. Alia regula. De vrina ruffa in colore: in substantia per totum spissa: superius liuida ⁊ turbulenta in recenti causa: pleuresim significat: quam consequuntur hec accidentia: scilicet febris acuta: dolor lateris pungitiuus: tussis indeficiens: difficultas inspirandi. Sed quare hec sint in regulis de vrina significante mām in spiritualibus determinatum est. ¶ Sed nota hanc differentiam inter vrinam significantem minorem emitriteum: ⁊ vrinam significantem pleuresim. Nam in pleuresi magis distinctam habet liuiditatez q̄ in minori emitriteo. et in pleuresi non est typus: qui est in minori emitriteo. ¶ Si vetus. Alia regula. Urina ruffa ⁊ liuida superius longo tempore procedente ascblitem significat: vel vitium empimatis cum vitio disnie. vnde vero habeat liuere in ascblite requirendum est in predictis. ¶ Debile. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia spissa: superius liuida et granulosa significat apostema in inguinibus: vel sub assellis: aut in membris genitalibus: in quibus propter plurimam neruositatem vergit sensibilitas doloris. ex dolore prouocatur impetus reumatum. omnis namq; dolor exacuit reuma. vt asserit Galienus. ¶ Si spumosa. Alia regula. Urina subruffa in colore remissa in subruffitate: a media regione superius distincte liuens: ⁊ quasi subcineritia: multum spissa vel spumosa in pleuresi: precedente ruffa intensa: significat conuersionem pleuresis in peripleumoniam. Fit autem subruffa per translationem materiei a loco sensibili ad locum quasi insensibilem: scilicet ad membrum flegmaticum: scilicet pulmonem: a medio superius est quasi liuida propter incidentem ebullitionem: ⁊ ex corruptione materie: et ex conuersione eius in saniem: cuius pars ad vrinales meatus ad venam concauam trāsmittitur: et per vrinam purgatur: que ebullitio leuigata: et purgata: et a spiritu impulsa superficiem vasis petens reddit eam talis coloris. Subcineritia est ex resolutione partium pulmonis. pulmo enim est quasi subcinerity coloris: sed spumosa est ex motu pulmonis assiduo. ¶ Pinguis: ruffa parum. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia spissa: magis tamen superius q̄ inferius: apposita manu: in superficie liuida ⁊ oleagina: cum crinoidibus resolutionibus longo tempore significat tertiaz speciem ethice longo tempore procedente. ideo additur: quia febris hec cum sit habitudinalis: non aduenit nisi cum longo tempore: talis color fit ex colore membri: ex quo cuz fiat aliqua ebullitio in membris talis protenditur color. Qz appareat liuida: fit ex corruptione substantialis humiditatis. Qz appareat oleagina fit ex piguedine a membris resoluta: ⁊ in vrina supernatante. Sed non potest distingui vnctuositas: vel liuiditas: nisi manus sit apposita propter paucitatem ipsius pinguedinis: ⁊ propter ruffum colorem ipsius vrine. Crinoides resolutiones fiunt ex calore infixo membris: ⁊ eorum parte dissoluente. Hec accidentia concomitantur: scilicet calor continuus propter continuam distemperantiam membrorum: sed tamen lentus: quia non fit ex materia: sed ex humore. Calor in nodis manuum et pedum ex colerica fumositate procedente a spiritualibus. Rubor genaruz ex colerica fumositate eas inflamante. dolor sinistre spatule: quia cum sit alligata cum spiritualibus quasi contrahitur: et desiccatur. Soluitur ergo continuitas: ⁊ fit dolor: tussis variatur quandoq; fit tussis sicca propter siccitatez: quandoq; humida ex aliqua superfluitate contenta in spiritualibus. Macies totius corporis ex calore membris infixo consumente membra ⁊ dissoluente. vngues autez attenuantur ex reuerberatione vaporis. vnde in medio propelluntur: ⁊ in lateribus cōstringuntur. Littera plana est ex predictorum determinatione. ¶ Pinguis. Non vnctuositate: sed spissitudine. pinguis nāq; in hac facultate equiuocatur. ¶ Continuam non quālibet: sed quottidianaz de flegmate naturali. ¶ Reumatica. sicut in apostematibus. ¶ Empima. Idest sputum saniosum ex emothoica precedente. ¶ Morbus laterisq;. Idest pleuresis. ¶ Peregrinat. Idest transferri significatur. ¶ Crinis. Que sunt scilicet crinoides resolutiones in tractatu de contentis sufficienter dicemus. ¶ Febris ethice. Quantum ad tertiam speciem.

¶ De colore rubeo.

Clara rubēs triteū duplicē vl' epar calefactū.
Quartanumq; potest insinuare typum.
Hec mora vel breuitas: nubes: tp̄s: stat⁹: etas.
Hec probat infirmi passio: forma: locus.
Ut stabili pede vadat sententia sunt hec
Omnia iudicio discutienda tuo.

¶ Expositio. ¶ Hic de colore rubeo. Regula. Urina in colore rubea: in substantia mediocriter tenuis: obumbrata superius ⁊ magis spissa q̄ inferius: significat duplicez tertianam. Et tunc ista accidentia concomitātur: scilicz dolor capitis maxime in dextera parte: vbi est dominiuz colere: sitis: amaritudo oris: tinnitus aurium. ¶ Et est notandum q secunduz diuersitatem subiectoruz in vrina habet varias ⁊ diuersas significationes: quia talis vrina in iuuene et colerico simplicem significat tertianam: in puero continuam. ¶ Uel epar. Eadem vrina rubea ⁊ clara ex longo processu temporis apparens: ⁊ febris nō adsit: calefactionem epatis significat. Significat etiam quartanam notam. Et omnia ista discernuntur per conditiones consideratas: sicut ostenditur in sequentibus. vnde quando est simplex tertiana. tunc vrina debet esse magis tenuis. Sed in duplici debet esse vrina magis rubea: ⁊ superius magis spissa: ⁊ quasi accedēs ad subnigredinem. ¶ Hec mora. Idest quia si tempore longo vel breui laborauerit infirmus: possumus discernere: scilicet quattuor egritudines dictas: vtrum patiatur febres: vel epatis calefactionē: vel quartanā. Si enim modico tempore laborauerit: vrina tali per longum tempus perseuerāte. tunc significat aut distēperātiā epatis in caliditate: aut quartanā febrem. Sed distinguitur sic: quia ex calefactione epatis vrina est superius obumbrata: cum quadam spuma crocea: viridi vel subnigra. Sed in febre q̄rtana ista

tana ista deficiunt. ¶ Nubes. Scilꝫ si vrina sit tenebrosa ꝛ nebulosa in superiori parte. tunc duplex tertiana: vel epatis calefactio iudicatur. ¶ Tempus. Scilicet tempꝰ anni: quia si sit estas: significat tertianam: vel calefactionem epatis. si vero hiems vel autumnus quartanam. ¶ Status. Scilicet complexio: quia in colerico corpore significat talis vrina tertianã simplicem. in melãcolico ꝛ flegmatico duplicem tertianã. ¶ Etas: qꝛ si puer significat continuã. si iuuenis tertianã simplicez. si senex duplicem. ¶ Passio. Utrum de tertio in tertium: vel de quarto in quartum quãtum ad quartanã: vel vtrũ cum typo: vel sine typo: qꝛ si cuz typo interpollata significatur. si sine typo continua. ¶ Forma. Habitudo corporis. s. si pinguis: carnosus: vel macer. ¶ Locus. Scilicꝫ regio calida vel frigida vel locus. scilicet vtrũ in dextro hypocundrio vel sinistro. ¶ Ut stabili. Medicus qui sapienter ꝛ ꝯm veritatem vult iudicare: vt suum iudicium firmum sit: ꝛ verum: debet singulariter considerare omnes istas conditiones: sicut dictum est.

Cōmē. ¶ Cōmentum. ¶ Clara rubens. In hoc capitulo proponuntur regule de vrina rubea cum tenui substãtia: ꝛ cuz spissa: ꝛ cũ mediocriter spissa: vel mediocriter tenui. Urina ergo ĩ colore rubea: in substãtia mediocriter tenui: superius obumbrata: ꝛ magis spissa ꝙ inferius: tertianã duplicem significat. Talis color fit ex intensione caloris: ꝛ ex rubeitate ipsius colere: ꝛ talis substãtia fit ex siccitate. Hec ergo debent adesse accidentia: vel sinthomata. s. dolor capitis in dextra pte: vbi est dñiuz colere: sitis: amaritudo oris: aurium tinnitus: sed talis vrine significatio variatur propter diuersitatem subiectorum: sicut dictũ est de vrina ruffa. In colerico nãqꝫ ꝛ in iuuene. si talis vrina appareat: significat tertianã simplicem. in flegmatico et melãcolico sene: ꝛ in muliere ĩ nouitate cause talis occurrens tertianã simplicem significat. in puero continuã ex longo processu temporis. Et circũscripta febre significat calefactionem epatis: talis etiã designat quartanã notã. Et hec omnia aperte distinguuntur circũstãtys soluz inspectis. ¶ Clara. Idest tenuis. ¶ Rubẽs. Scilicet in colore. ¶ Triteum duplicem. Idest tertianã duplicem de mã colerica in duplici loco putrefacta simplicem etiã significat. ꝛ tũc debet esse magis tenuis: quãdo vnica ꝛ singularis mã putrescit: sicut colera. vnde non est tãtus impetus ebullitionis. Eadem significat duplicem tertianã de duplici mã collectã in duplici loco putrefactã: que discretas accessiões hꝫ quottidie: quibus inuadit patiẽtes. Sed dicimus in tertiũ grauius: si confusas hꝫ mãs more tertiane simplicis affligit: sed grauissimum facit insultũ: propter putrefactionez duplicis materiei: ꝛ eadem signa sunt in simplici: sed tunc debet esse tenuis: qꝛ vna ꝛ singularis materia putrefit. vnde non est tãtus impetus ebullitionis. In duplici autez vrina magnis debet rubescere: ꝛ magis superius inspissari: ꝛ quasi ad subnigredinez accedere. ¶ Mora temporis. Ut si lõgo tempore laborauerit egrotans: inde medicus perpendere potest: aut febrem: aut epatis calefactionem: aut febrem quartanam. Nam si de nouo incipiat laborare: ꝛ talis appareat: de febre tertiana presumendum est. Si enim longo tempore laborauerit: ꝛ ex longo tempore talis perseuerauerit: presumenduz est de distemperantia epatis: aut de febre q̃rtana. Sed distingue: quia ex distemperantia epatis debꝫ esse obumbrata in superficie ꝛ spumosa cum quadã croceitate: vel subnigredine: vel viriditate debet perfundi: quod significat eẽ intensionis. in febre autem quartana hec se absentant accidentia. ¶ Nubes. Idest nebulositas: ꝛ tenebrositas in superficie quantum ad duplicem tertianam: vel epatis calefactionem. ¶ Tempus. Idest anni: ex quo morbus potest certificari. Nam si estas fuerit talis: significat tertianam: vel epatis calefactionem. si hiems: vel autumnus quartanam. ¶ Status. Quantum ad complexionem: que rei est substãtialis: ꝛ que stante subiecto euanescere non potest: in colerico nanqꝫ corpore talis potius significat tertianam simplicem: in melancolico: ꝛ flegmatico duplicem. ¶ Etas. Ut si sit puer vel iuuenis: siue senex. ¶ Passio. Scilicet vtrum de tertio in tertium: vel de quarto in quartum. et vtrum cum typo vel sine typo patiatur. ¶ Forma. Quantum ad habitudinem corporis: scilicet vtrum sit macilentus patiẽs vel pinguis: vel carnosus. ¶ Locus. Scilicet vtrum in calida regione: vel frigida: vel ad regionem corporis potest referri: scilicet vtruꝫ patiatur in dextro hypocundrio vel in sinistro. ¶ Sentẽtia. Scilicet diffinitiua. ¶ Stabili pede. Idest immobili ꝛ certo iudicio. ¶ Hec omnia. Idest he omnes circunstantie: que dicte sunt o tu medice sunt discutiende.

¶ De colore rubeo cum substantia mediocriter spissa.

¶ Turbida spissa parũ rubeo perfusa liquore
Continui tritei notio certa datur.
¶ Si summũ viror obtineat vel liuida nubis.
Portẽdit mediũ: pleureticũqꝫ malũ. hret.
¶ Spissa: rubens sinochũ: si sũmũ liuor obũ/
¶ Spissa rubẽs sinochã dẽpto liuore figurat.
¶ Causonidẽ: si plꝰ tenuis ꝙ spissa reuersa
Sinochidẽ. Causon subtilis: ꝛ ignea mõstrat.
¶ Certior est testis rubicundi forma coloris.

¶ Expositio. ¶ Turbida. Hic agitur de colore rubeo cuꝫ substantia spissa mediocriter copulato: ꝛ ponit plures regulas. Prima regula. Urina rubea in colore in substantia mediocriter spissa: per totum turbulenta: cum impura ꝛ inequali substantia significat tertianam continuam Ratio huius redditur in commẽto. ¶ Si summũ. Alia regula de colore rubeo cum substantia mediocriter spissa. Urina in colore rubea: in substantia mediocriter spissa: in superiori parte viridis: significat medium emitriteum. ꝛ si liuida sit in superficie significat pleuresiꝫ: ꝛ medium emitriteuꝫ. Et est medius emitriteus ex colera putrefacta intra venas continue bulliẽte: ꝛ ex flegmate putrefacto extra: in medio emitriteo viriditas non distinguitur in vrina sine manus appositione: sed in pleuresi bene distinguitur. Quid est pleuresis? est collectio facta in commissura costarum: ꝛ diafragmatis: ꝛ fit sepius ex humoribus calidis ꝛ acutis. ꝛ iõ dixit Hypo. Accidũ ructuãtes ꝛc̃. ¶ Spissa rubẽs. In ista parte agit auctor de colore rubeo: vel subrubeo communiter cum substantia spissa: vel mediocriter spissa: vel mediocriter tenui. Isti enim colores in quibusdam sunt vniformes in iudicio. Hec est regula. Urina in colore rubea: vel subrubicũda: in substãtia spissa: ꝛ turbulenta: liuida superius: ꝛ si in respiratione fit fetida. tunc significat sinochuꝫ. Sinochus habet fieri: ex sanguine peccante in qualitate. Rationes in commento redduntur. ¶ Spissa rubens sinocham. Alia regula. Urina in colore rubea: vel subrubicunda: in substantia spissa: ꝛ turbulenta absqꝫ liuiditate et fetore: significat sinocham. Est autem sinocha ex sanguine peccante secundum quantitatem. Et differentia inter sinochum ꝛ sinocham haberi potest per quendam versicu/

Expō.

Sinochus hʒ tres species.

lum. Sinocha de multo: sʒ sinoch⁹ ex putrefacto. ¶ No
tandum est: ꝙ sinochus tres habet species: scilicet febrez
homotenam augmasticam ⁊ peraugmasticam: vt scribi
tur a Galie. secũdo de differentijs febrium. et ponit sino
chã pro sinocho: non faciens vim de nomine. ¶ Et ideo
notanduz est: quia ẜm ꝙ diuersificantur species sinochi
ẜm hoc fit diuersificatio in vrina: qꝛ in homotena vri
na appet vniformis in colore: ⁊ in sua substantia: ⁊ a prin
cipio vsqꝫ ad finem in sua malitia perseuerat. In per
augmastica ipsa vrina apparet in principio ipsius febris
rubea vel subrubicunda. Postea vrina procedit semper
remittendo: ⁊ de malo ad bonum ẜm ꝙ ipsa febris per
augmastica procedit semper meliorando a principio vs
qꝫ ad finem. In augmastica ẜm ꝙ ipsa febris procedit
crescendo: ⁊ augmentando: ita etiã ⁊ vrina. ¶ Et nota ꝙ
hic tradiẜ q̃dã regula gnãlis de vrina. Quotiẽscũqꝫ vrĩa
apparet rubicũda vel subrubicũda in sũba spissa. si post
modum clarificetur in superiori parte: bonum signũ est:
⁊ signuz salutis: que sit ratio huius habetur in cõmento.
Si vero clarificetur in parte inferiori: ⁊ attenuetur: ⁊ su
perius inspissetur: vel remaneat spissa: malum est signuz
⁊ mortis: ⁊ significatur ꝙ materia rapitur ad cerebrum.
et in hoc fatui medici decipiuntur credentes contrariuz
veritati. ¶ Causonidẽ. Alia regula de vrina significan
te causonidem. Quotienscunqꝫ videbis vrinam in colo
re rubeam: vel rubicundam: ⁊ in substãtia sua magis ap
propinquat ad tenuitatem q̃ʒ ad spissitudinem. tunc cau
sonem iudicabis. Causonides est febris continua ex du
plici materia composita: principaliter composita ex cole
ra: secundario ex sanguine: ⁊ ideo vrina est magis tenuis
q̃ʒ spissa. ¶ Reuersa. Alia regula per contrarium istius.
Oꝫ vrina rubea vel subrubicunda in colore propinquãs
magis ad spissitudinem q̃ʒ ad tenuitatem significat sino
chidem. Et est sinochides febris continua ex duplici ma
teria composita principaliter ex sanguine: secundario ex
colera: quapropter magis accedit ad spissitudinez q̃ʒ ad
tenuitatem. ¶ Causon subtilis. Alia regula de vrina si
gnificante causonem. Urina rubicũda vel subrubicũda
in colore. in substãtia per totuz tenuis. lucens sicut ignis:
significat causonem. Causon est febris continua acutissi
ma. et hẽt fieri ex colera rubea putrefacta in venis pro
pinqs venis orificij stomachi: epatis pulmonis: ⁊ splenis.
Et ideo dicitur causon a caumate.

Cõmen. ¶ Cõmentum. ¶ Turbida: spissa ⁊c. Hic ponitur regula
de rubeo colore cum mediocriter substantia spissa: quaz
sic collige. Urina in colore rubeo cum substantia medio
criter spissa per totuz turbulenta cum impura ⁊ inequa
li substantia continuam tertianam significat. Talis co
lor rubeus fit ex colore colere rubee: que ex sua ebullitio
ne ⁊ rubeitate sufficit ad clarificandum: ⁊ rubificanduz
vrinam. Urina turbida est per totuz ex perturbatione ⁊
bullitione facta in vasis: ⁊ quia per ebullitionem fit par
tium inspissatio aliquarum: cum etiam vasa illa sint am
pliora: ⁊ pori ipsarum largiores. spisse etiaz partes calide
⁊ subtiles cuz vrina emittuntur: quia vrina perturbatur:
⁊ est vrĩa impure: ⁊ inequalis substãtie. ¶ Turbida. Id
est turbulenta. ¶ Spissa parum. Idest accedens ad spis
situdinem. ¶ Si summum. Alia regula ponitur de colo
re rubeo cum eadem substãtia. Quia si fuerit rubea cuz
priori substantia: in superficie viridis: significat medium
emitriteum. si autem liuida fuerit in superficie signifi
cat pleuresim. In medio nãqꝫ emitriteo propter coleram
intra vasa cõtinue ebullientem. et ex flegmate extra ni
mia fit ebulitio vel adustio. Emissa ergo colera cum vri
na cum sit adusta ⁊ leuigata: ad vrine superficiem tendit
et eam reddit viridem. sed cum sit pauca: non distingui
tur viriditas: nisi cum manus appõe. Si autem liueat si
ne manus appõne: vel protendat liuorem in superficiem
distinctum: significat pleuresim: que dicitur collectio fa
cta in cõmissura costarum: ⁊ diafragmatis: ⁊ sepius de ca
lidis ⁊ acutis humorib⁹ est. vnde Hypo. Accidũ ructuã
tes non valde pleuretici fiunt. Pro calore ergo ⁊ acumi
ne materiei: ⁊ quia collectio est in membris calidis: ⁊ val
de sensibilibus: ⁊ quia sunt in motu continuo: materia il
la maxime ebullit: ⁊ aduritur. Per ramũ ergo vene con
caue conuersa per vrinales meatus in multa quantitate
admiscetur vrine: ⁊ reddit eam viridem: que quia adu
sta est ⁊ leuigata: petit superficiem: ⁊ reddit eam viridez:
⁊ qꝛ multa est materia adusta: apparet viriditas sine ma
nus appõne: vel etiam liuiditas: vbi non est tanta causa
incensionis. ¶ Summum. Idest superficiem. ¶ Me
dium. Idest emitriteum. ¶ Pleureticũqꝫ maluz. Idest
pleuresim cum distincta liuiditate: vel viriditate.

¶ Spissa rubens. In hoc capitulo agit de colore rubeo: et
rubicundo: vel subrubicundo cõmuniter sub vno titulo
ẜm coniugationem spisse substantie: vel mediocriter spis
se: vel mediocriter tenuis. In quibusdã eniz sunt omnes
isti colores vniformes in iudicio. In principio ergo pro
ponitur regula de rubeo vel rubicundo colore cuz spissa
substantia: quã sic potes colligere. Urina rubea vel sub
rubicunda in colore. in substãtia spissa ⁊ turbulẽta: si fue
rit liuida in superiori parte: ⁊ cum fetoris respiratione: et
quidã prauus odor a vase exalet: sinochum significat. Oꝫ
talis est in colore: ꝓuenit ex calore ⁊ colore ipsius sangui
nis. Sãguis enim cum sit calidus ⁊ rubeus vergens ad
impuritatẽ non sufficit ad depurãdum vrinã. Oꝫ est spis
sa: hoc est ex humiditate sanguinis: cuius propriuz est in
spissare. Oꝫ est liuida: hoc fit ex admixtiõe putridi sangui
nis. Oꝫ est fetida: fit ex corruptione sanguinis eius. Sino
chus est febris continua ex sanguine putrefacto in venis. Cãe ꝯtinuitatis febris.
Dicitur autem sinochus quasi cohabens. i. simul habens
omnes causas ad continuitatem concurrentes: que sunt
tres. Prima est continua caloris ebullitio: ⁊ putrefactio.
Secunda est cõtinua putride fumositatis ad cor respira
tio. Tertia est impuritas sanguinis. Iste tres cause in nul
la febre ita spetialiter sunt adinuicem sicut in sinocho: ⁊
iõ ab illis denotaẜ. ¶ Spissa rubẽs sinochã. Alia regula.
Urina rubea vel subrubicũda in colore. in sũba spissa: ⁊
turbulẽta: ⁊ sine liuiditate: ⁊ fetore sinochã inflatiuã signi
ficat. Fit aũt sinocha ex sanguine abundãte vel peccãte
ẜm quãtitatez: ⁊ non ẜm qualitatẽ: ⁊ est species febris ef
fimere: licet fiat ex humore. Oꝫ rubea vel rubicunda est:
accidit ex qualitatibus sanguinis. vt iam dictum est. Oꝫ
sit sine liuiditate ⁊ fetore fit: quia non est sanguis corru
ptus: neqꝫ putrefactus: cuius admixtiõe debeat liuor vel Sinochi spẽs.
feditas innasci. ¶ Et notandum est: ꝙ cum sinochi sint
species: scilicet peraugmasticus: augmasticus: ⁊ homote
nus secunduz varietatem specierum: variatur dispositio
vrine. In peraugmastico eniz apparet rubicunda: vel ru
bea ab ipso principio cum alijs signis: postea apparet ru
bea: vel subrubicunda: postea ab itensiõe ad remissionẽ:
vt fiat immutatio in vrina de malo ad bonum. vt sicut
decrescit et declinat febris ab acuitate principij: sic et in
vrina declinat intensio caloris. In augmastico vero con
trarium accidit. In homoteno apparet vrina vniformis
coloris: ⁊ in sua malitia perseuerat a principio vsqꝫ ad fi Regula gnãlis.
nem: prout febris vniformitas deposcit. ¶ In hoc autez
capitulo hanc methodum: ⁊ quasi generalem accipe tra
ditionem. Oꝫ quecunqꝫ vrina rubicunda: vel subrubicun
da in substantia spissa: si postea in superficie incipiat fince
rari ⁊

rari ⁊ quasi clarificari: ita illa turbulentia: ⁊ ꝙ spissitudo incipiat residere: bonum signum est: ⁊ salutare. Per hoc eniȝ ꝙ apparebat vrina per totum spissa: ⁊ modo incipit depurari superius: per hoc significat̃ ꝙ motus ebulitiōis iā cessauit: que ebulitio prius vigēs in corpore: humores perturbabat ⁊ ptes vrine ẜm vniformē spissitudinē confundebat. Si aūt superius in spissitudine perseuerat: vel spissior appeat: vel turbulentior. inferius aūt attenuetur: vel clarificet̃: mortale signum est. significat aūt raptum morbi ad superiora. Unde timendum est de frenesi: aut litargia: aut mania. vnde contingit ꝙ artifex imperitus cum videat vrinā in principio spissam: ⁊ postea inferiꝰ attenuari deluditur iudicās conualescentiam: cum potius morbus contra nām conualescat. ¶ Sinochum. Idest putriduȝ. ¶ Sinochā. Idest inflatiuā de puro sanguine ⁊ sincero: sed super accēso. Secundū Constātinū accidētia morbi sinochi sunt hec. s. dolor capitis infixus: ⁊ a pfūdo emergens: genarū rubor. inflatio venaruȝ: ⁊ maxime circa spiritualia: ⁊ oris dulcedo. ¶ Causonidem. Alia datur regula de rubeo colore ⁊ rubicūdo cum mediocriter tenui sbstātia: ⁊ cū mediocriter spissa: quā sic collige. Urina in colore rubea vel rubicunda in substantia: magis accedens ad tenuitatem q̃ȝ ad spissitudinem causonideȝ significat. Et est causonides febris composita continua ex duplici mā: ex diuersis generibus: ex colera. s. principaliter: ⁊ ex sanguine secundario. vñ magis accedit ad tenuitatem q̃ȝ ad spissitudineȝ. ¶ Reuersa. Sinochē. ¶ Itē alia regula per contrarium predicte est ꝓposita. Urina nāqȝ in colore rubea vel rubicunda: magis accedens ad spissitudinem q̃ȝ ad tenuitatem sinochidem significat. i. febrem continuā compositā principaliter ex sanguine: secundario ex colera. vnde magis vicinatur spissitudini q̃ȝ tenuitati. Sinthomata occurrāt mixta ꝓpter admixtionem sanguinis ⁊ colere. vt dominantis humoris accidentia dominātur: ⁊ contrarij forte intermissione continentur. ¶ Causon subtilis. Alia regula. Urina rubea vel rubicunda in colore: in substātia per totuȝ tenuis: lucens velud ignis causoneȝ significat. Est aūt causon febris continua acutissima. vnde a caumate dicitur: ⁊ fit ex multiplici colera rubea putrefacta in subtilissimis venis oris stomachi: epatis: pulmonis: ⁊ splenis. Talis color est ex calore ⁊ ebulitione ipsius materiei: que putrescit in locis valde calidis. Est aūt tenuis ⁊ lucens velut ignis: qr cum illa vasa nimis sint angusta non resudat ab eis nisi qd̄ subtilius est ⁊ liquidius: quod cōmixtum vrine eam reddit tenuem ⁊ igneam. Hec accidentia concomitantur. scȝ vehemens dolor capitis: ita ꝙ patienti videtur: ꝙ frōti sue clauis īfigatur. Hoc igitur accidit propter violentam: fumositatem: ⁊ colerā a materia resolutā: que miringas extendens cerebrum flagellat. Adest sitis imoderata: que nullo potu quiescit: ⁊ hoc pre nimia feruiditate colere os stomachi adurentis: quandoqȝ adest nigredo lingue propter adustionē: insomneitas ex desiccatione cerebri: somnia lampadarum: ⁊ corporuȝ ignitorum. ¶ Reuersa. id est contrario modo disposita. vt spissa magis q̃ȝ tenuis. ¶ Certior est testis. Quia cum fit intensior magis: incendium maius insinuat.

Causon.

¶ De colore inopos ⁊ kianos.

¶ Si color est inopos fert detrimenta salutis.
In febre ꝯtinua: minus est sine febre verenda
Nā renes: vel epar succēdit causticus humor.
Aūt est rupta chilis: aut fracto vase resudans.
Mēstruus elicitur mulieris corpore sanguis.
¶ Talem disponit insano corpore saltus.
Aut nimius coitus: cursus: labor imoderatꝰ.
¶ Nec est degenerans kianos a lege prioris.

Expō.

¶ Expositio. ¶ Si color est inopos. Postq̃ȝ dictuȝ est de colore rubeo ⁊ rubicundo. hic consequenter agit de colore inopos ⁊ kianos: ⁊ isti duo colores eodem modo iudicantur. Color inopos est sicut vinum nigrum. Sed color kianos magis profundam habet nigredinem: ⁊ etiā multos colores: quia in vna parte est rubicundi coloris: et in pte nigri: ⁊ in parte liuidi vel viridis. Regula. Urina in colore inopos vel kianos in acutis febribus et peracutis pessima est: ⁊ mortem significat: quia significātur sinthomata egritudinis ita esse vltimata: qꝫ plus vltimari non possent: manente substantia. vnde si primo appareat rubicunda vel subrubicunda. ⁊ postea inopos vel kianos: sine dubio malum signum est ⁊ mortale. ¶ Minus est sine febre. Alia regula. Si talis vrina iopos vel kianos appareat sine febre. tunc nō minat̃ tm̄ periculū. ⁊ tūc significat apostema in epate: vel in renibus: vel rupturam vene kilis. Si rupturā kilis vene. tunc dolor maximus sentitur in. 7. splondili computando ab inferiori parte: ⁊ tūc vrina in fundo magis apparet feculenta. Talis etiā vrina inopos vel kianos potest significare hydropisim. si appareat spissior in media regione. Talis etiam vrina potest significare apostemata epatis: vel renum: vel pleuresim: vel peripleumoniam: ⁊ hec per signa propria distinguitur: ⁊ sufficienter traditur in cōmento. ¶ Aut fracto vase. Alia regula. Talis etiam vrina iopos vel kianos in mulieribus apparens: aut apparet cum febre: aut sine febre. si sine febre. tunc significat eruptionem menstruorū: ⁊ tunc non est suspecta talis vrina. Si vero cum febre. tunc sine dubio summum periculum minatur: et maius etiam q̃ȝ in viris. ¶ Talem disponit. Alia regula etiam Talis vrina quādoqȝ apparet in sanis ratione saltus: aut etiam ratione multi coitus: aut cursus ⁊ magni laboris ⁊ immoderati: ⁊ hoc scitur per indicia patientum. ¶ Nec est degenerans. Dicit auctor hic: ꝙ vrina in colore kianos est eiusdem ⁊ vniformis iudicij ⁊ significationis cuȝ colore inopos: sicut dictum est.

Cōmē.

¶ Commentum. ¶ Si color. Post tractatum rubei coloris ⁊ rubicundi continuat auctor capitulum de inopos et kianos coloribus. sunt enim vniformis iudicij: ⁊ eiusdeȝ considerationis. Est autem inopos color: sicut vinum: qd̄ vergit ad nigredinem: vt est vinum: quod venit ex calabria. kianos vero profundioreȝ habet nigredinem: ⁊ etiā multiplicem colorem: quia vrina in parte rubicunda: in parte nigra: in parte liuida: vel viridis appet. Talis aūt vrina inopos vel kianos in acutis febribus et peracutis pessima est: ⁊ mortis significatiua. Indicat enim sinthomata morbi: ita vltimata ꝙ vltra vltimari non possunt manente substantia. Unde si prius appareat rubicunda vel subrubicunda: ⁊ deinceps inopos vel kianos: talis ꝓcessus proculdubio pessimus est: ⁊ mortis signum. Solet igitur talis apparere in mulieribus sine febre ꝓpter menstruorum eruptionem. ⁊ tunc magis spissa ⁊ pinguis ⁊ feculentior in fundo apparere consueuit. Unde huiusmodi vrine magis suspecte sunt in viris q̃ȝ in mulieribus: nisi talis in mulieribus: appareat patiētibus febres acutas gratia ipsarum febrium non propter eruptioneȝ menstruorum. Tunc eniȝ presumitur summum periculum magis etiaȝ q̃ȝ in viris: quāto sunt a nā remotiores. ¶ Iteȝ talis vrina appet in ruptura chilis vene. Unde maximus dolor sentit̃ in 7ª spondili facta cōputatiōe ab inferiori. tunc vrina in fundo feculentior appet. Est autē

in medico maximus honor cū per talē vrinā in tali loco veraciter pōt pnosticari eruptionem pdicte vene chilis. ¶ Et nō q talis vrina quādo spissior in media regiōe apparet. et tūc hydropisim pōt significare. Et tūc distingue: qr si fuerit qsi sanguiea hyposarcā significare pōt. Si vo magis liuida leucoflegmātiā: nec tñ ex h est pcipitanda signo snia de hydropisi. Temeraria nāqz et pceps discursio artificem deuenustat: et ei ruborem incutit. ¶ Itē talis vrina apostema epis: aut pleuresim: vel peripleumoniā: vel apostema renum significare hz: vel iudicare: et distinguendū est per alia accñtia: et est requirendū: vtrū patiat puncturā in dextro latere: vel in sinistro latere angustiam etiā anhelādi: pōdus et grauedinē circa renes significat.

Apa epatis: quo distinguit a pleuresi.

¶ Apostema epis fm plures autores distinguit a pleur... qttuor modis fm Alexādrū. Fit.n. in dextro latere. vnde n...ssaria est distictio. Prima est fm pulsuz. Nā in epis apostemate corpus est magis coloratum: et colore multo magis permāsiuo. sed in apostemate spiritualium semper minus est coloratū: et presertim colore magis momentaneo. In epis apostemate tussis est sicca: qr mā ipsi' est sub diafragmate. sed in pleuretico tussis fm oēs est semper humida: qr mā est in spiritualibus: supra difragma: et de facili educitur. ¶ Item dolor maior est: et etiā punctura in pleuresi: et h fieri hēt ppter loci et diafragmatis sensibilitatē: que fit ex neruis. In apostemate etiā epis dolor est potius grauatiuus: cum nō sit epar neruosum. Et his qttuor supradictis differētys quādoqz superaddunt alie sex differentie: que habentur ex qdā epistola ipsius Gal. ad Glauconē medicuz. ¶ Et prima est: qr apostema epis acutū est admoduz quādo luna est in cōiunctiōe. sed in pleuresi est rotunda forma. ¶ Secunda: qr in apostemate epis sanguinolēte solēt esse egestiones ex incontinētia epis generate: et resudatione epis: sed in pleuresi nō sic ptingit. ¶ Itē et tertio ex figura corporis distiguitur. Nā in apostemate epis corpus est valde et multum extenuatū: sed in pleuresi nō tm̄ est corpus extenuatum. ¶ Item et 4°. pleureticus melius cubat supra ptez dolentez propter locū vacuum. Et qr apostema non comprimit a stōacho et intestinis: sed in apostemate epis nō bene cubare pōt patiens supra partez dolentē: qr tūc pars que dolet comprimit et a stomacho: et ab intestinis. vnde sequit multo maior dolor. ¶ Item et 5°. fm locuz distinguitur: qr pleuresis habet fieri in vtroqz latere. sed apostema epatis fieri habet tm̄ in vno latere. scz dextro. ¶ Itē et 6° discernitur etiā fm vrinā. vt dcm̄ est in antecedentibus. Et hic habemus decem differentias istoruz apostematū iaz dictorum. ¶ Item redeamus ad significata discernentia predicte vrine. Talis ergo vrina presente sansugio anhelitu: vel ortomia superius aliquātulum liuida empima significat. Eadē vrina si spumā hz croceā nimiā epatis calefactionē significat: et icteritiā: que si ante septimā diem in acuta febre superuenerit: signum est pessimum. Fit etiā ex incontinentia materiei: que sinthomatis erumpens vi per totuz corpus diffusa: quasi ab interioribus fluctuādo ad exteriora diffunditur: et succutanea effecta cutem fm se inficiendo icteritiā inducit. Qd si vi nature expellit mā potius: et post septimā diem icteritia superuenit: morbi determinatio fiet. Talis etiā vrina multotiens appet in sano corpore ex saltu propter rupturā vene in renibus vel in vesica: aut ppter resudationem sanguinis ex rarefactione vasorum: propter immoderatum cursum: vel coitum: vel laborē nimiuz. ¶ Causticus humor. Idest collectus ad apostema faciendum. ¶ Chilis. Idest vena spine adiacēs. ¶ Aut fracto vase. Idest vena aliqua.

¶ De colore viridi.

Agriacam: spasmū: maiorem: deniqz mortez.
Iudicat vrina prassino tincta colore.

Expō.

¶ Expositio. ¶ Agriacā. Postqz determinatuz est de colore inopos et kianos. Hic agitur de colore viridi. Iste.n. color viridis in vrina significat adustionem. Et adustionis tres sunt termini. s. pmus: medius: et completus. In pncipio adustionis appet vrina in colore kianos quadā superius viriditate pfusa vel liuiditate. In medio fit viridis: et significat dñiuz colere prassine et eruginose in fine adustiōis denigrāt. Urina ergo viridis in colore appet quādoqz multa quādoqz pauca. Si pauca viridis: mortem significat: et maxime si color viridis vel niger vngues infecerit: quādo est viridis et multa: valde olens et feculenta significat rupturam apostematis in aliquo mēbro nobili vt epate. vñ suba mēbri dissoluit: et per vrinā expellitur. vñ in pximo mors est vētura. Talis ēt vrina significat icteritiam ex colera prassina vel eruginosa. Et nota q tres sunt spēs icteritie. vt hētur in cōmēto. ¶ Spasmū. Ista eadē vrina in febre acuta appens significat spasmū ex inanitiōe. ¶ Maiorē. Ista ēt vrina significat maiorē emitriteū: et ita magnū periculū minat. ¶ Deniqz mortez. Ista etiā vrina significat finaliter in vltimo malitie mortificationē: et caloris extinctionē nālis. vltimo sequitur de nigro colore. Et qr superius in pmo caplo determinatum est: ideo hic nō oportet reiterare. Et ista sufficiāt de coloribus. Et sic terminata est pma pars pncipalis.

Cōmē.

¶ Cōmentum. ¶ Agriacā etc. Post inopos et kianos colores fm ordines cōuenientie agitur de viridi colore. Uiridis color in vrina signū adustionis. Adustio vero triplici clauditur termino. s. primo: medio: et cōpleto. In adustionis principio fit pmo vrina kianos quadā superius liuiditate pfusa. in medio fit viridis: et indicat dominiū colere prassine: vl eruginose in complemēto denigrat. Urina g in colore viridis quādoqz ē multa: et quādoqz est pauca. et maxime si color viridis et pauca mortē hz significare. et maxime si color viridis: vel liuidus: vel niger vngues digitorum infecerint: quādo est viridis et multū male olēs et feculēta significat rupturam apostematis in aliquo nobili mēbro. vt in epate. Unde substantia ipsius membri dissoluit: que dissoluta cum vrina emittit. vnde in pximo mortez debes nuntiare futurā. Talis etiā vrina in colore viridis icteritiaz portēdit ex colera prassina vel eruginosa: que sui leuitate diffusa ad superficiem corporis cutem inficit: et icteritiaz inducit viridem. i. agriacā pegaseleontem pficit: que. s. a viridi mustella interpretat viridis. Sūt.n. tres spēs icteritia viridis: de qua mō dcm̄ est. icteritia nigra que p melonchirion dicit a melon: qd est nigrū: et chiros: qd est manus: vel chiros qd est humor. Et icteritia crocea: que gnāli vocabulo vocat restricto ad spēz icteritie. icteritia nūcupat. ¶ Itez vrina viridis in feb. acuta appens significat spasmū ex inanitiōe ppter psumptionē humiditatis subalis rōne predicta. Eadē vrina maiorē emitriteum significat. et iō valde periculosa est. ¶ Agriacā. Idest icterică viridē. ¶ Spasmū. Ex inanitōe. ¶ Maiorē. Scilz emitriteū. ¶ Deniqz. Idest ad complementuz malitie. ¶ Mortem. Idest mortificationē nature: et extinctionē caloris nālis: deficiente fomite nāli. ¶ Prassino. Idest viridi: prassinū nāqz marrubiū dicitur: et tūc colera prassina dicitur: et est sensus. ¶ Prassino tincta colore. Idest confecta virore eius tracto ex colera prassina: vel virore emulo colori prassy. Et hic tractatus terminatur de coloribus. Post viridez sequitur niger color. Sed de illo expeditum est in pmo caplo de coloribus.

¶ De contentis

¶ De contentis vrine. Et est secunda pars principalis. Cap. II.

Sepiꝰ artificē ꝯludit forma coloris.
Et fraudat plerumqꝫ fidem censura liquoris.
Est i ꝯtentꝭ rata lex: discretio certa.
Juditij cōstans regula: vera fides.
Cetera postponens nature conscius auctor.
Hinc Hypocras veri semina firma trahit.
Nunc contentorum seriatim forma notetur.
Ut proprios teneant significata modos.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Sepius. Hic incipit secunda pars principalis huius libri. Et continuatur hoc modo precedenti parti. determinatum est de vrina considerando colores ⁊ substantias vrinarum. Hic vero determinatur de contentis vrinarum. vnde sententia istorum duorū versuū est ista. Multotiēs color ipsius vrine: ⁊ subitātia eiusdē deludunt medicum: ⁊ decipiunt ipsum: cuius ratio est: qꝛ color: ⁊ substantia vrine multotiens apparent: nec illi humori: qui est causa egritudinis attestantur: quia color cū sit accidens superficiale: faciliter recipit alterationem: et substantia vrine: que cum debeat tenuis apparere: apparet spissa: ⁊ cum spissa: apparet tenuis propter stricturam vel largitatem pororum: ⁊ viarum: ⁊ etiam propter digestionem materie: ⁊ indigestionem. ¶ Est in ꝯtentis. Sꝫ ex inspectione contentorum habetur certum ⁊ veruꝫ iudicium de infirmitatibus. Et ratio est: qꝛ cōtenta: aut cōtinent in ipsis membris: aut sunt particule eorūdeꝫ: ⁊ ita habetur iudicium magis certū ⁊ firmū. ¶ Cetera postponens. Hic probat auctor auctoritate benedicti Hypo. qui in libro pronosticorum rarissime cōmemorans substantiā ⁊ colorē vrine de ipsis ꝯtētis doctrinā tradit: nūc de furfuribus: nunc de crinoidibus: nūc de squamis.

Cōmē. ¶ Cōmentum. ¶ Sepius artificem. Executa prima particula sui operis: in qua egit de vrinis ſm coniugationeꝫ colorum ⁊ substantiarum aggreditur auctor secundam particulam: in qua distinguitur de contentis: quorum inspectio fidelis est ad discernendum habitudines interiorum membrorum: magis q̄ꝫ colores ⁊ substantia. Color enim vel substantia multotiens aliunde deriuatur: nec humori attestatur: qui est causa egritudinis. Color siquidem vmbratile accidens est: ⁊ supficiale: ideoqꝫ cito euanescit propter quācunqꝫ corporis alterationem. Immutatur etiam substantia vrine propter pororū constrictionem: vel largitatem: ⁊ propter digestionem materiei vel indigestionem: vnde cū debet esse spissa substantia quādoqꝫ attenuatur. Et cū debet esse tenuis inspissatur. Sꝫ ex differentijs contentorum certius eligitur iudiciuꝫ de passionibus corporum: contenta siquidem in vrinis: aut sunt contenta in ipsis membris: aut sunt particule ipsoꝝ membroꝝ: ideoqꝫ firmiorem habēt consistentiam: ⁊ significationem. Quod autem fideliora sint nuntia contētorum probatur auctoritate Hypo. dicentis in pronosticis ⁊ in affoꝛismis quādam regulariter constituentis doctrinam: qui potius contenta cōmemorat q̄ꝫ substantiā ⁊ colorem: nunc de furfuribus: nunc de crinoidibus: nunc de pilis: nunc de squamis: nunc de sanguine: nunc de sanie: nunc de globis interserendo: rarissime vero commemorat substantiā: ⁊ colorem: qꝛ ea magis deludunt artificem: qꝛ superficiale accidens est: ⁊ a subtilioribus inest partibus: que cito euanescunt ab intrinsecis: ⁊ substātialibus: que firmius in cōposito perseuerant: sicut est videri in rosa: qꝛ sua roseitate: cito viduat cum in aqua feruēti ponit: vel cum sulphure suffumigat. ¶ Cēsura. Idest iudiciū. ¶ Liquoris. Idest substātie. In pueris eniꝫ vrina debet esse spissa propter humiditatem etatis: ⁊ tamē tenuis apparet propter stricturā meatuum cōtra operātem. ¶ Defraudat fidem. Idest decipit. ¶ Nature. Idest naturalium causaꝝ: sub quibus cōprehendimus quecunqꝫ a leuiori globo inferius ꝯtinent. ¶ Cetera. Idest colorem ⁊ substantiā. ¶ Postponens. Idest tanq̄ꝫ inutilia ad iudicia reputans respectu ꝯtentoꝝ. ¶ Hinc. Scilicet a contentis. ¶ Nec contentoꝝ. Postq̄ꝫ iudicij prognationem de contentis adduxit ſm dogma Hypocratis agit auctor ad ponendum contentorum numerū. ¶ Seriatim. Idest ordinate rōne nō a serio: sed a serie. ¶ Significata. Scilꝫ ꝯtētoꝝ. ¶ Modos. Idest diffinitiōes.

¶ Que ⁊ quot sint contenta.

Circulus: ampulla: granuꝫ: nubecula: spuma.
Pus: piguedo: chimꝰ: sāguis: arena: pilus.
Furfura: crinoides: squame: ptes: athomose.
Sperma: cinis: sedimen: spiritꝰ: alta petēs.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Circuli. Hic Egidiꝰ enumerat ꝯtenta in vrinis apparentia: ⁊ ſm istum ordineꝫ enumeratiōis determinat de his in sequenti: ⁊ pmo de circulo.

Cōmen. ¶ Cōmentum. ¶ Circulus. Nunc enumerat auctor contenta ſm ordinem: ⁊ eodem ordine mandabit executioni de his: que in his. 4. versibus enumerauit. Et singulorum executionem declarat: ⁊ primo de circulo.

¶ De circulo spisso ⁊ aquoso.

Spissus in vrina si circulus est ⁊ aquosus.
Cellula posterior flegmate pressa dolet.

Expō. ¶ Epositio. ¶ Spissus. Hic tractatur de circulo: non ꝙ ipse circulus sit contentuꝫ in vrina: qꝛ est suprema regio vrine: sed qꝛ in circulo cōtenta incipiunt apparere. Est g̈ regula talis. Urina apparens cū circulo spisso: in substantia: ⁊ colore simili aque: significat vltimā cellulaꝫ capitis flegmate aggrauari: ꝑꝑ hoc qꝛ in illa pte suū hꝫ dn̄ium.

Cōmen. ¶ Cōmentum. ¶ Spissus. Scdm serieꝫ ordinationis cōtentoꝝ pmo agit de circulo: nō qꝛ circulus sit ꝯtentū vrine. est enim regio suprema vrine. sed quia cōtenta in circulo incipiunt apparere: ⁊ cū circulo quedā distinguūtur cōtenta. ¶ De circulo auteꝫ pōt queri: quare approprietur vrine: cum etiā in quolibet liquore circulus appareat vt in aqua vino: ⁊ oleo. ¶ Respondemus sic. non appropriamus circuluꝫ vrine: ita vt ab alijs liquoribus excludamus. Quilibet nāqꝫ liquor in superficie circulū facit: ⁊ ex aquosioribus partibus: ⁊ magis fluidis ſm formam vasis continentis in superficie naturaliter generatur. vn̄ in aqua: vel vino in vase posita aliquo supereminet circulus: qꝛ aquose partes: ⁊ magis fluide: ⁊ que plus hn̄t de aere cōmixtionis in superficiem tendunt: nec se a grauioribus comprimi patiunt. Pars etiā liquoris superior ex vicinitate aeris interclusi inturgescit: ⁊ ꝓpter eandē rōnem circulus in vrina apparet. ¶ Sed hic nō videt aliquid posse significari per circulū de consistentia cerebri: vel alioꝝ membroꝝ: cum etiā circulus cuilibet liquori ꝯtinuari possit. ¶ Ad hoc dicimus: ꝙ sicut testat Isaac cerebrū: licet sit frigidū: ⁊ humidū cuꝫ sit de genere pinguedinis ⁊ medulle: tamē actualiter est calidū. vnde cuꝫ liquidā habeat substantiā ⁊ fluidaꝫ: simili indiget nutrimento. In epate autem fit varia: ⁊ multiformis sanguinis generatio ſm diuersitatem membroꝝ nutriendorū.

Sanguis ergo liquidus ⁊ leuis generatur: qui transmittitur sui luiditate ad nutriendum cerebrũ: ⁊ petit superiora: cuius sanguinis superfluitas eius spissitudini ⁊ proprietati vnitur. Unde longe fit liquidior ⁊ subtilior: ⁊ leuior sanguine ipso: ideoq̃ʒ illa superfluitas effusa cũ vrina tendit superius: ⁊ circulum facit. humiditas enim hʒ motum a centro inducendo latitudinis effusionẽ ad circunferentiã. Frigiditas habet motum a circunferentia inducendo coarctationeʒ. vnde illi motus cõtrarij sunt: ⁊ currunt ad cerebrum: ⁊ operatur q͂ crescit vel decrescit circulus: augmẽtatur aũt spissitudo: aut latitudo circuli vel minuitur: hoc est s̃m q͂ cerebꝝ aquosiori sanguine: vl̃ sicciori: vel calidiori: vl̃ frigidiori nutritur. ¶ In forma autem circuli principaliter relucet consistentia cerebri: vtrum bene vel male nutriatur: ⁊ vtruʒ ab aliq̃ distemperantia disturbetur. Deseruit nãqʒ circulus dispositioni animatorũ membroꝝ: idest cerebri ⁊ miringaruʒ. Circulus nãqʒ in substantia spissus: in colore remissus: declarat cerebrũ comprimi: ⁊ grauari oppressione materie flegmatice: ⁊ maxime circa posteriorem partem: idest occipitiũ vbi est sedes: ⁊ dominiũ siue domiciliũ flegmatis. Qr remissus sit circulus: prouenit ex frigiditate: vnde debilitatur calor naturalis in cerebro: nec potest deputare superfluitates. vnde cerebrũ turbatur. Qr est spissus hoc prouenit ex hũiditate: que motũ habet s̃ʒ diffusionẽ latitudinis. ¶ Spissus. Idest in sub͂a dilatans ⁊ turgidus. ¶ Aquosus. Idest in colore remissus vt q̃si aq̃ colorẽ rep̃sentet.

¶ De purpureo circulo ⁊ spisso. ⁊ de pallido ⁊ tenui.

¶ Purpureus spissus affligit sangnine praʒ.
¶ Leuam felle nigro pallidus ⁊ tenuis.

Expõ. ¶ Expositio. ¶ Purpureus. Circulus vrine apparẽs purpureus ⁊ spissus p̃mã partẽ capitis significat affligi: ⁊ si talis circulus appareat: ⁊ adsit pũctio in naribus: ⁊ dolor frontis: ⁊ plenitudo venaꝝ: ⁊ videatur ĩfirmo q͂ ante ip̃m sint q̃dã corpora rubea: tunc pnosticatur sanguinẽ de naribus exiturũ. ¶ Leuã. Circulus palidus ⁊ tenuis in parte sinistra significat melãcoliã abundare: ⁊ ea affligi: ibi enim habet dominiũ humor melancolicus.

Cõmen. ¶ Cõmẽtũ. ¶ Purpureus. Post spissuʒ circulũ ⁊ remissum: agit de purpureo circulo ⁊ spisso: talis ergo circulus significat abũdantiã sanguinis: ⁊ prorã molestari ex sanguine. In prora nãqʒ. i. anteriori p̃te capitis suũ sanguis obtinet p̃ncipatũ. Qr est purpureꝰ circulus fit ex sanguis feruiditate: q͂ est spissus ex hũiditate: vñ maxima ĩmutatio cerebri significatur: q͂ cũ debeat nutriri sanguine frigido ⁊ aquoso: ad eiꝰ delegatur nutrimentũ sanguis feruidus ⁊ estuosus. Si v̓o fuerit circulus cũ punctiõe nariuʒ ⁊ dolore ventris: ⁊ plenitudine venaꝝ: ⁊ eger putat ante se videre q̃dã corpora rubea: fluxũ sanguinis de naribus significat. ¶ Leuã. Idest sinistrã ⁊c̃. Hic agit de circulo remisso ⁊ tenui: qui leuã partẽ cerebri significat pcellari: ⁊ affligi ex melãcolico humore: in qua parte sinistra cerebri viget melãcolie dñiũ. Qr est remissus: est ex fridita te. q͂ est tenuis: est ex siccitate hũoruʒ. Si talis circulus perseuerauerit debent concomitari hec accidẽtia. s. suspicio: pusillanimitas: timor: insõnietas: ⁊ auaritia.

Signa futuri fluxus sanguis nariũ.

¶ De circulo rubeo ⁊ tenui.

Dextra parte furit colere feruentis acumen.
Si tenuis fuerit circulus atq̃ʒ rubens.

Expõ. ¶ Expositio. ¶ Dextra. Circulus rubens ⁊ tenuis significat ĩ dextra p̃te dolorẽ ex hũore colerico ibidẽ abũdãte.

¶ Cõmentuʒ. ¶ Dextra p̃te. Sequitur de circulo intẽso ⁊ tenui: qui colerã declarat esse in cã: ⁊ dexterã partem capitis affligi. q͂ rubeus est fit ex calore. q͂ est tenuis fit ex siccitate. ¶ Dextra parte: in q̃ p̃cipue dominatur colera. Cõmen.

¶ De circulo plumbeo.

Insinuat sensus radicem mortificari.
Plumbeus: ⁊ ramis hinc nocumẽta dari.

¶ Expositio. ¶ Insinuat. Hic d̃terminatur de circulo plũbeo. Circulus q̃ plũbeus epilepsiã significat: ⁊ tanq̃ʒ mortificationẽ ipsius cerebri: qđ est radix sensus: ⁊ deinde ad reliquas partes corporis malitia transmutatur. Expõ.

¶ Cõmentũ. ¶ Insinuat ⁊c̃. Sequitur de circulo plũbeo: qui significat epilepsiaʒ: ⁊ q̃si mortificationẽ ipsius cerebri: ⁊ malitiã ad ceteras p̃tes corporis ppagãdã. ¶ Radicẽ sensus. Idest cerebri: qđ est radix sensuũ ⁊ neruoꝝ. ¶ Ramis. Idest neruis: qui a cerebri radice pducuntur. Cõmẽ.

¶ De rubeo circulo post liuiduʒ apparente.

De liuente prius si post rubeus videatur.
Exurgit cerebri natura: vigor reparatur.

¶ Expositio. ¶ De liuente. Circulus liuidus pꝰ: si postea fiat rubeus: tunc significatur conuersio mali ad bonũ. ⁊ q͂ ipsa virtus cerebri confortatur ⁊ melioratur. Expõ.

¶ Cõmentũ. ¶ De liuẽte. Agit de rubeo circulo nõ simpliciter: sed p collationẽ liuidi coloris p̃cedẽtis. Et est potius mediũ collatiuũ q̃ʒ absolutũ. Nã si in apoplexia minori liuido circulo in vrina p̃us apparẽte: ⁊ ĩ 2º die vl̃ 3ª postea appeat rubeꝰ: talis est mutatio dextri excelsi: ⁊ fit ꝯuersio de mortificatiõe ad vite corroborationẽ: ⁊ de caloris extinctiõe ad eiꝰ ꝯfortationẽ. ¶ Natura. Idest virtus regitiua. ¶ Exurgit. Idest resurgere significatur. Cõmẽ.

¶ Sequitur de viridi circulo.

Si formam causon in febre viroris adoptet.
Felleus ad motum frenesis succẽdit humor.

¶ Expositio. ¶ Si formam. Determinat de circulo viridi: qui apparens in febre acuta inducit timorem de frenesi: ⁊ de raptu materiei ad cerebrum. Expõ.

¶ Cõmentũ. ¶ Si formã. Seq̃tur de viridi circulo: q̃ aduẽtionẽ sigñat in acuta febre: vñ timẽdũ ẽ de frenesi futura ex sup̃fluitate colere. ¶ Felleus. Idest colericus. Cõmẽ.

¶ De circulo tremulo.

¶ Si tremulus fuerit spinalia mẽbra grauãt.
¶ Si niger extiterit: vel mortificat: vel adurit
Preueniẽs virus: aut liuor distinguit vtrũq̃ʒ.

¶ Expositio. ¶ Si tremulus. Circulus tremulus significat aggrauationẽ in mẽbris spinalibus. ¶ Si niger. Circulus niger duo significat: aut mortificationeʒ ⁊ caloris nãlis extinctionẽ: aut adustionẽ. Si mortificationeʒ tũc p̃cessit color viridis. p̃cessit color liuidꝰ. Si adustionẽ tũc p̃cessit color Expõ.

¶ Cõmentũ. ¶ Si tremulus. Sequitur de tremulo circulo: qui significat dolorem posteriorum partiuʒ a nucha vsq̃ʒ ad caudam: qui etiaʒ significat: q͂ circa illas partes sit maxima neruositas: ⁊ ita dolor: qui exiens sui parte cum vrina ⁊ superius ascendens expellit circuluʒ. vnde accidit tremor. ¶ Si niger. Hic agit auctor de circulo nigro: qui significat mortificationem: ⁊ adustionem: vel adustionis complementum. Sed distinguitur: q̃r si precedat Cõmẽ.

cedat viridis significat cōplementū adustionis: sz si pcedat liuidus color significat detrimentū mortificationis.

¶ De ampulla.

Nō residens ampulla tumēs viscosa coherēs
Morbi crudificat causaz: morbūqꝫ prolōgat.
Et nefresim gn̄at: cerebrūqꝫ dolore molestat.
Rugitum vomitūqꝫ notat: venetrēqꝫ solutū.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Non residens. Dicto de circulo dōm est de ampulla: que gdē ampulla est ſm ꝯtentū ſm ordinē enumeratiōis superius factū. Et est ampulla spuma circulo coherēs tumida: ꝛ īflata: ꝛ distenta: ꝛ dilatata: q̄ duplex est. s. ꝑmanēs ꝛ nō ꝑmanēs. De ampulla nō ꝑmanēti nō determinaᷓ in medicia: cū illa sit trāsitoria ꝛ facta ꝑ effusionē vrine: vel ēt alterius liquoris: ꝛ illa appellaᷓ ab isto auctore ampulla residens: ampulla vō ꝑmanens est ista: q̄ post effusionē ipsi⁹ vrine post lōgū tp̄s durat ꝛ ꝑmanet: qꝛ ista ab ītrinseca cā ꝓcedit: ꝛ gn̄ātur ex hūoꝝ ꝑturbatiōe: vētositate īterius īterclusa. ꝛ iō qꝛ talis ampulla dispositionē humani corporis significat: determinaᷓ de ipsa in medicina. et ista ampulla ab auctore vocaᷓ nō residens. i. diu ꝑseuerās. Regula ergo talis est de ista ampulla. Ampulla in vrina per longū tp̄s durās: ꝛ ꝑmanēs tumida: ꝛ dilatata: ꝛ distēsa: ex vētositate īterclusa: ꝛ viscosa: ꝛ coherētiā hn̄s cū circulo. ita ꝙ cuz baculo stupa inuoluto: ꝛ in vrinali īposito de difficili pōt a circulo remoueri: tūc talis ampulla significat morbi cruditatez. ꝛ ipsi⁹ lōgitudinē. ¶ Et nefresim. Ista eadē ampulla passionē renū significat. cā vō habeᷓ in cōmēto. ¶ Cerebrūqꝫ. Ista etiā ampulla significat dolorez capitis ꝑꝑ fumositatē a cruda mā̄ resolutā: ꝛ supius ascendentē ad cerebrū: ꝛ miringas ipsius inflat: ꝛ sic efficiᷓ dolor in capite. ¶ Rugitum. Eadem ampulla significat rugitū ex ventositate generata: ꝛ vomitum ꝛ solutionem ventris.

Cōmē. ¶ Cōmētū. ¶ Non residens ꝛc̄. Expedito tractatu de circulo agit de ampulla: que ſm vrine ꝯtentū iuxta ordinē enumeratiōis est. Est aūt ampulla spuma circulo coherens magis tumida: ꝛ distēsiōe ꝑtiū magis dilatata. Ampullarū vō alia residēs: alia nō residēs. Residēs est illa: q̄ cito euanescit: ꝛ illa gn̄aᷓ ex īpetu effusiōis. vn̄ ex quolibet liquore sicut ex aq̄ vel vino ꝓcipue alicui vasi īpetuose īfusa ampulla gn̄aᷓ. Sed postea modico tp̄e reuoluto ānihilaᷓ cito: nec p̄stini stat⁹ vestigia retinet: ꝛ d̄ tali ampulla cū sit trāsitoria: ꝛ nō ꝑmanet: non agit ph̄ica: qꝛ nō est necessaria ad demonstrandū habitudinē humani corꝑis: qꝛ nō fit ex aliq̄ ꝑturbatione humoꝝ: sz tm̄ ex aere exteriori. Ampulla vō residens est: que post effusionē vrine diu ꝑseuerat: qꝛ ab interiori cā ꝯsurgit. s. ab hūorū ꝯturbatiōe: ꝛ motiōe int⁹clausa vētositate. Et de tali ampulla hic agiᷓ: qꝛ dispositionez hūani corporis designat. Unde de ampulla talis datur regula. Ampulla in vrina diu ꝑseuerans tumida: ꝛ dilatata distensa ex ventositate interclusa: viscosa: ꝛ coherētiā hn̄s cū circulo. ita ꝙ baculo stupa īuoluto in vrinali vase īposito vix pōt a circulo remoueri: talis significat cruditatē mā̄ei: ꝛ morbi ꝓlixitatē: ꝛ nefreticā passionē ꝛ capitis dolorē. Qꝛ nō est residens: per hoc cāe ꝑmanētia: ꝛ malitie radicatio ꝯsignaᷓ. Qꝛ vō est tumida ꝛ in ꝑtibus dilatata: ꝑ hoc ventositatis grosse īterclusio significaᷓ. Qꝛ est coherēs: ex viscositate materiei ꝓgreditur. talis ergo cruditatē mā̄ei portēdit. Cruda nāqꝫ mā̄: ꝛ frigida actiōe caloris cū nō possit plenarie excoqui ꝛ digeri resoluiᷓ in grossaz vētositatē: que resoluta: ꝛ a debili calore nō ꝯsumpta ꝑtibus humidis interclusiᷓ: ꝛ per meatus ꝯtinuos epatis ad epar accedēs supꝑfluitati secūde digestionis admisceᷓ. postmoduz cū vrina purgaᷓ. Eadē ampulla significat morbi ꝓlixitatē: vbi nāqꝫ est materiei cruditas: morbi ꝓlixitas ꝯcomitatur. Eadē significat nefresiz. i. passionē renū. Cū igiᷓ crudi humores ostenduntᷓ eē in causa: qui cū renibus habēt similitudinē: renes enim frigidi sunt: ꝛ a fonte caloris remoti: cū sint frigidi ꝛ mā̄ sit frigida cū substātie grauitate: ꝛ cōplexionis similitudine: cū sanguine renis nutrituro attrahiᷓ illa mā̄ ad renes: que cuz nō possit ꝯsumi: qꝛ multa est: ꝛ qꝛ calor est debilis in renibus ꝓter nām: superflua remanet: ꝛ nefresim inducit. Eadē ēt ampulla capitis dolorē monstrat: qꝛ ventositatē interclusam indicat qꝛ fumositas a cruda mā̄ resoluta a sui leuitate superius respirat: dolorē inducit capitis: ꝛ miringas cerebri distendit. Hāc aūt regulā ꝛ methodū trahim⁹ ab Hypo. in. 7. affori. Ait eni Hypo. Quibuscūqꝫ ampulle in vrina supernatant: his nefresim significat: ꝛ longā egritudinez fore. ¶ Non residens ampulla. Idest diu ꝑmanens post vrine effusionē ad d̄riam eius: que fit ex īpetu effusionis. et talis nō est vtilis ad ꝓnosticandum circa corpus humanum. ¶ Tumida. Idest turgida: ꝛ inflata. ¶ Uentosa. Idest multa ventositate distēsa. ¶ Coherens. Idest inuiscata circulo. ¶ Propagat. Idest prolixat.

¶ De granulis.

Granula reumatice semper sunt nuncia cause.
In circi serie si granula fixa tenentur.
In cerebro secreta latet confusio morbi.
Si substent depressa parū: nec mota regressuz
Accelerent capiti: loca proxima ꝑcutit humor.
Pronior ad partem fit fluxus debiliorem.

¶ Expositio. ¶ Granula. Determinato d̄ ampulla ex cōsequenti determinaᷓ de granulis. Granula sunt q̄dā grana ꝑua spuma ītercisa: ꝛ in circulo diuisa in multas partes ipsius circuli. Regula est illa. Granula significāt fluxuz humoꝝ a capite ad aliq̄ꝫ ꝑtez corporis inferiorē descendentiū. Cum ergo reuma fluat: ꝛ descēdat a cerebro mēbro frigido ꝛ humido ſm illā ꝑtē debilē: ad quā fluit accipit denominationē: sicut declaraᷓ in cōmēto. ¶ Circi. Si granula fixa ꝑmaneāt in circulo: tunc ex hoc significaᷓ: ꝙ in cerebro morbi mā̄ ꝯtineᷓ. ¶ Si substēt. Si illa granula ꝑmaneāt sub circulo: ꝛ moto vrinali ad circulū nō ascēdant ſm ꝙ magis vel minus depressa sunt sub circulo: ſm hoc significaᷓ dolor membrorum capiti ꝓpinquoꝝ: vel elongatoꝝ. ¶ Pronior. Hic reddiᷓ vna cā ex parte mēbri recipientis: ꝛ est debilitas mēbri: qꝛ cū ip̄m membrū fit debile: sine dubio nequit repellere materiā ad semissam: ꝛ possumus itelligere per hoc fortitudinē mēbri īpellētis. Et ista est p̄ͣ cā ſm Joanitiū in cōmēto: 2ͣ cā: ꝛ 3ͣ tradūᷓ. s. abūdātia mā̄e: ꝛ largitas poroꝝ. Expō.

Cōmen. ¶ Cōmētū. ¶ Granula ꝛc̄. Post ampullā agit auctor de granulis. Sunt aūt granula q̄dā grana spuma intercisa ꝛ seiuncta in circulo. i. in diuersas partes diuisa. Et hm̄ōi granula attestāᷓ reumati. i. fluxui hūoꝝ a capite ad aliq̄ꝫ ꝑtem corꝑis. Cerebrū nāqꝫ cū sit frigidū ꝛ humidū: ꝛ sit de genere pinguedinis ꝛ medulle: nutriᷓ frigido ꝛ hūido nutrimēto. Unde multa hūiditas aquosa ꝛ fluida multotiēs in cerebro exuberat: cuius ꝑs per mucillagines narīū purgaᷓ: ꝛ ꝑs per sputū: ꝛ rascatiōes emittiᷓ. Si ergo ꝯtingat in cerebro ꝯtinuā superfluitatez ꝓabundare: fit dolor capitis ex tāta repletione: nālis calor: nec subsidiarius in illā mām̄ agere contendit: ipsam in minutas ꝑtes

diuidendo. Ille pticule ex incōtinētia ad ptes inferiores reumatiçant: ꝛ maxime ad eas: quas debiliores inueniūt sibi vicinas ꝛ suppositas. Si ergo mā moueat ad strictu raz nariū: facit coriçā. si ad oculos: obtalmiā. si super oculos paꝝ: facit dolorē superciliorꝝ. si ad aures: facit tinnitū ꝛ vēsitositatē: ꝛ surditatis pparationē. si ad vuā: facit ei⁹ relaxationē ꝛ raucedinē. si ad os ꝛ linguaz: oris ꝛ lingue vlceratōes. si ad maxillares neruos: facit dolorē dētiū: ꝛ gingiuaꝝ. si ad fauces: nodos ꝛ brācos ī gula. si ad canales pulmonis ꝛ tracheā artariā: facit tussim. si ad pulmonem: facit asma ꝛ disniā. si ad intestina: lienteriā: vel diariā. ꝛ tūc debēt eē spumose egestiōes. Uñ Hypo. Quib⁹ egestio. spumose fuerint: his a capite defluit flegma. si ad os stomachi: dolorē ꝛ īflationē ꝛ indigestionez. in talib⁹ enim debet esse circulus vrine granulosus. Hmōi. n. granula signāt distillationē reumatice mãei ad capitis ptes vicinas: ꝛ pcipue ad debiliores: q̄ reumatis īpetus repellere nō sufficiūt: vel expellere nō pñt. Qō. n. aliud mēbrū ledaꝝ: tres pñt eē cāe vt asserit Ioāniti⁹. s. fortitudo mēbri īpellētis: ꝛ debilitas recipiētis: ꝛ hec est pª cā. Secūda est mãei abūdātia. Tertia est largitas poroꝝ. Sed distingue: qꝛ si granula iacent in circulo: ꝛ excussiōe vrine depressa reuertunꝰ ad circulū: cā in eēntia capitis manere ondiꝰ. Si aūt depssa sint īfra circulū: nec ad circuluz suū reciprocent motū put magis. ꝛ minus depressa fuerit: iuxta hoc dolorē inferiorū partiū vicinarū capiti vel remotarū significat ꝛ grauedinez. ¶ Circi. Idest circuli fixa: ita q̄ si depressa fuerint: ad circulum reuertuntur.

¶ De nubecula.

Corporis aerei nubecula spiritualis
Indicat offense vitium iecorisq3 calorem.
¶ Est ventosa: vel incensi fit spuma caloris
Nuntia particulis continuata suis.
Hoc color vrine: probat ꝛ substantia spume.
Spiritus ingrossat attenuatq3 calor.
Intercisa manens grauis distincta minutis
Imbecilla graui reumate membra ferit.
Indicat ictericum: vel epar portendit aduri.
Si nigra: vel viridis: vl' quasi tincta croco.

Expō. ¶ Epositio. ¶ Corpis. Dicto de granulosis pñter agit auctor de nubecula. Nubecula est q̄dā fumosa: ꝛ vaporosa supfluitas gnāta actiōe caloris obscuritatē hñs. ꝛ ita nebula cū sit leuis: in vrina supius tendit: ꝛ ipsaz vrinā efficit obumbratā. Ista igiꝰ nebula duo significat. s. distēperantiā mēbroꝝ spūaliū. ꝛ tūc debet esse q̄dā liuiditas: et significat epatis calefactionē: ꝛ spuma debet esse crocea.

Spuma multiplex. ¶ Est ventosa. Hic agiꝰ de spuma: que gdem multiplex est. s. q̄dā est granulosa: de qua dictū est in cap. de granulis. et est q̄dā ampullosa: de qua dictū est in cap. de ampulla. et est alia spuma ꝯtinua: de q̄ hic agiꝰ. Ista g̃ spuma ꝯtinua duo significat. s. ventositatez: ꝛ hoc cognosciꝰ si color vrine sit discoloratus: aut si suba vrine sit grossa. Significat ēt vehementiā caloris ꝛ ebulitionis: ꝛ hoc cognosciꝰ: qꝛ color vrine est ītēsus: ꝛ suba subtilis. Spuma ēt crocea. signū est calefactionis. vnde spuma significationē hz in colore: qꝛ q̄dā est crocea: q̄dā viridis: q̄daz nigra: ꝛ fm hoc diuersa significat.

Cōmen. ¶ Cōmentū. ¶ Corporis aerei. Post granula agit auctor de nebula. Est aūt nebula q̄daz supfluitas fumosa: ꝛ vaporosa actiōe caloris generata pticeps obscuritatis: q̄ cū sit leuis: ꝛ aerea emissa cū vrina eā obūbrat. Talis ergo nebula apparēs in vrina significat distēperantiā mēbrorꝝ spiritualiū: ꝛ occupat supficiē vrine: que corp⁹ aereuz nuncupaꝰ: ꝛ reddit vrinā participē q̄dā liuiditate. Talis ēt nebula apparēs epatis calorē insinuat: qḋ plenius certificaꝰ per croceitatē. ¶ Corporeis aerei. Idest in supficie. ¶ Offense spūaliū. Idest passioni spūaliū mēbrorū: que sunt q̄si fornax: ꝛ caminus toti⁹ caloris. ¶ Iecoris. Idest epatis. ¶ Est ventosa. Post nubeculā agit auctor de spuma. Hic ergo per spumā intelligimus spumā carētē ampullositate. De spuma aūt ampullosa pmisit. Spuma enī multiplex est. Alia est disiuncta ꝛ intensa: ꝛ gbuldā granulis distincta: de qua agit auctor in cap. granorꝝ ꝛ hic replicat de eadez ex incidenti gratia diuisionis. Est ꝛ alia spuma vētosa ꝛ ampullosa: de qua supius pposuit in cap. de ampulla. Est alia spuma tertia non granulosa: nec ampullosa: sed ꝯtinua: ꝛ talis significat dñiuz vētositatis: aut violentiā caloris: ꝛ ebulitiōis. Hic distinguiꝰ p calorē vrine: ꝛ testimoniū ebulitiōis: cum vō vrina sit discolorata est augumētū indigestiōis: ꝛ vētositatis. Itē si sit subtilis ꝛ nimiū tenuis: fit ex calore. si croceitate pticipet: fidele pstat argumentū incēsionis. Itez spuma variaꝰ fz colorē: qꝛ alia est nigra: aut viridis: aut crocea. Nigra enī significat melanchiron: aut epatis adustionez. viridis agriacā. crocea ictericiā croceā. ¶ Uentosa. Ampullosa de qua dcm̄ est: ventositatis nūcia. ¶ Intensi coloris. Idest incēsiui. ¶ Spiritus. Uētositas igrossat spumam sua interclusione. ¶ Attenuat. Idest ꝯsumēdo vētositatem interclusam. ¶ Intercisa. De hoc dictum est: significat enim ictericiā nigrā: vel viridem: vel citrinā.

¶ De sanie.

Ulcera vesice sanies effusa fatetur.
Aut renum scabiem si grauis adsit odor.
Ex epatis regione fluit sedimen saniosum.
Hoc dolor: ꝛ partis actio lesa docet.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Ulcera. Hic determinaꝰ de sanie: q̄ gdē sanies emissa in vrina significat vlcerationē renum: aut vesice: aut epatis. Et distinguiꝰ: qꝛ sanies emissa a renib⁹ vel vesica grauez odorē hz: ꝛ in illis ptibus dolor sentiꝰ. Sed si ab epate sanies emittaꝰ: tunc dolor est in dextro hypocūdrio ꝛ aggrauatio: ꝛ virtus digestiua impeditur.

Cōmē. ¶ Cōmentū. ¶ Ulcera vesice. In hoc cap. tractaꝰ de sanie: q̄ cū vrina effusa significat vlcerationē vesice: aut renū: aut epatis ex aliq̄ superflua mā in eius regione collecta. Sed vtrū a renibus: vel vesica: vel epate emittaꝰ sic distingue. Nā a renibus: vel vesica emissa grauitatē odoris portēdit: ꝛ in ptibus illis. ꝛ locis adiacentibus doloꝛ sentiꝰ. sed ab epate nequaquaz. Sed in dextro hypocundrio pulsatio doloris: ꝛ qōdā pōdus percipiꝰ: ꝛ operatio digestiue virtutis impediꝰ. Hoc ergo elicim⁹ ab Hypocrate q in fine q̃rte pticule diĉ. Si pus mingat: ꝛ sq̄mas: ꝛ grauis sit odor. tunc renū: aut vesice vlcerationē signat.

¶ De pinguedine.

Precedens olei formam resolutio pinguis.
Cuz febre dissoluit totū: lumbos sine febre.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Hic determinaꝰ de pinguedine apparente in vrina: ꝛ dicit auctor: q illa pinguedo apparēs in vrina: aut est cū febre: aut sine febre. Si cū febre: tūc signat dissolutionez totius corporis. si sine febre: significat dissolutionē fieri a renibus. De vrina pingui: ꝛ vnctuosa: et oleagina qñ significat toti⁹ corporis solutionē: aut dissolutionē renū. Et quot modis dissolutio toti⁹ corporeis a dissolutiōe:

dissolutiõe renũ distinguat̃ optime ponit̃ in cõmẽto.

Cõmẽ. ℂ Cõmentũ. ℂ Precedẽs. Post saniez sequit̃ caplm de pinguedine. Hoc nomine pinguedo intelligitur pinguis q̃dã ⁊ vnctuosa suba a mẽbris resoluta: q̃ emittit̃ cũ vrina: vrina aũt magis vel minus pinguis vel oleagina apparet ꝯm quãtitatẽ resolutionis maiorẽ vel minorem: ⁊ ꝯm ꝓcessum caloris in resolutiõe ꝓcedẽtis. In ꝑncipio nãq̃ resolutiõis ipsius pinguedinis apparet vrina oleagina q̃si olei colorẽ habẽs: in augmẽto vero est q̃si oleum. in statu v̊o est vt ipsa pinguedo: ⁊ ipm̃ oleuz. Urina g̊ habens olei colorẽ in ꝑncipio declarat liquefactionez: ⁊ q̃si aquosam: qđ est vt oleuz hz in se ꝑfectiorem cõmixtionẽ olei. ⁊ talis est in augmẽto: ⁊ significat ꝓcessuz ⁊ augmẽtũ liquefactionis: sz que est oleagina ⁊ in colore ⁊ in suba q̃si ipm̃ oleũ significat statũ resolutionis ⁊ vltimatã caloris dissolutionez. tales q̃dẽ vrine ethice febris sunt familiares. ℂ Sed nota: ꝙ talis vrina apparet aut cuz febre aut sine. Si cũ febre significat dissolutionẽ toti⁹ corporis: q̃ppe cũ febris morb⁹ sit vniuersalis. Si sine febre ꝑticularẽ resolutionẽ significat renũ ⁊ lumboꝝ. In renibus nãq̃ ⁊ lumbis multa pinguedo circunuoluit̃ ⁊ operit eos: q̃ pinguedine resoluta exeũte cũ vrina: copiosior fit emissio vnctuositatis q̃si si a toto corpe emitteretur. Hec. n. ꝓpe vrinales meatus ꝯstituta est. ⁊ iõ cũ sit multa ⁊ ꝓpe posita: nec adsit calor ꝯsumptiuus: q̃ est sine febre: ex quo incipit resolui copiosius purgat̃. Sed illa q̃ a toto corpe in minori q̃titate emittit̃: tum q̃ est in ea febrilis calor: qui eã ꝯsumẽdo eius minuit q̃titatẽ: tum q̃ remota est a vijs vrinalibus. Hec aũt trahim⁹ ab Hypo. vltima ꝑticula vbi ait. Quibuscũq̃ pinguis hypostasis ⁊ globata est: his nefreticã ⁊ acutã significat egritudinem fore in pͣ spẽ fe. ethice. Pinguedo vrine distincta est per ꝑtes in suꝑficie: si est in viro carnoso nõ valde crasso. In 2ͣ spẽ totã suꝑficiez vrine occupat: sicut tella aranea. In 3ͣ spẽ pinguedo diffusa est ꝑ totũ. vñ vrina fusa suꝑ lapidem rauco sonat sicut oleũ. ℂ Pinguedo resoluta a renibus tribus modis distinguitur a pinguedine totius: q̃ pinguedo totius nõ est tanta nisi forte in tertia spẽ ethice. Scđo distinguit̃: q̃ pinguedo renũ stati apparet post vrine effusionẽ: q̃ cũ sit difficile miscibilis de nã: ⁊ sit decisa a partibus ꝓpinquis: nõ cuz ea ꝯsociat̃: ⁊ iõ vrine incõmixta apparet a toto corpe decisa ex vi decoctiõis in epate: cũ vrina ꝑfectius admiscet̃. ⁊ iõ fit minus apparibilis: q̃ non cadit in vna ⁊ eadẽ ꝑte ⁊c̃. Tertio distinguitur: q̃ pinguedo renum non facit ad intensionem vrine nisi forte epar sit calefactum. Sed ab omnibus mẽbris resoluta sit cum intensione vrine ⁊ tenuitate.

ℂ De crudo hũmore.

Humor in vrina fit summus pendulus imus.
Membraq̃ suꝑma ledit mediana vel ima.
Strãguriã nefresim residẽs fac̃ atq̃ tenasmõ.
Nutritiua grauat medi⁹ diafragma suꝑm⁹.

Expõ. ℂ Expositio. ℂ Humor. Hic agit̃ đ crudo hũore q̃ emittit̃ cũ vrĩa. Tria sunt: que hñt similitudinẽ. s. crudus humor: putredo ⁊ sedimen. sed q̃lr discernantur satis hñ traditt̃ in cõmento. Crudus g̊ hũor emissus in vrina q̃nq̃ occupat partẽ superiorẽ vrine: q̃nq̃ ꝑtez mediã: q̃nq̃ inferiorẽ: ⁊ ꝯm hoc diuersis regionibus humani corporis attestat̃. Si enĩ occupat supremã ꝑtẽ: tũc significat egritudinẽ pectoris: ⁊ mẽbroꝝ spũaliũ: ⁊ diafragmatis compressionẽ. Si v̊o mediã occupat ꝑtez tũc significat vitiũ stomachi cũ repletiõe suꝑfluitatis: ⁊ tortio ventris: ⁊ rugitus itestinoꝝ. Si iferiorẽ occupat ꝑtẽ: tũc renũ ⁊ lũborũ ⁊ ꝑtiũ adiacẽtiũ decl̃at passionẽ: vt strãguriã nefresiz.

ℂ Cõmẽtũ. ℂ Humor ⁊c̃. Post pinguedinez agit de crudo hũore q̃ purgat̃ cũ vrina. ℂ Et notãdũ ẽ: ꝙ tria sunt que ꝑtendũt spẽm sediminis. sedimẽ: putredo: ⁊ crudus humor. Est ergo diligenter discernẽdũ sic. Si mota vrina sedimẽ in paruas hypostases resoluat̃: hypostasis est: ⁊ hz formã magis eq̃lem nõ adeo interruptã. Est aũt hypostasis suꝑfluitas tertie digestionis. Si vero mota vrina dissoluat̃ in pingues: ⁊ oleagines resolutiões: ⁊ ipa vrina fetida sit: ⁊ mali odoris significat̃: ꝙ putridus est humor. Itẽ tale sedimen saniosum: ⁊ ineq̃le est: ⁊ insipiduz. Si aũt mota fuerit vrĩa ⁊ in q̃sdã athomosas resolutiones dispergit̃: cruditas humoꝝ intelligat̃. Crudus itaq̃ humor cũ vrina emissus: aut superiorẽ occupat ꝑtez: aut mediã: aut infimã. Si superiorẽ obtineat: declarat vitiũ pectoris: ⁊ spũaliũ: ⁊ cõpressionez diafragmatis: vt asma vel disma: vel emoptoica passio declarat̃. Si mediã obtineat ꝑtem vitiũ stomachi ex repletiõe superfluitatis: vel torcio ventris: ⁊ inflatio: ⁊ rugitus intestinorum indicatur. si infimam partem obtineat passio renum: ⁊ lumborum: ⁊ partium adiacentiuz: tenasmon: nefresis: strangu ria: ⁊ tibiarum ⁊ genuum dolor manifestatur.

Cõmentũ.

ℂ De sanguinea vrina.

Ex vitio iecoris trahitur mictura cruoris.
Vesice aut renum vene chilis: hec tibi plenuz
Prouida signoꝝ doctrina facit reliquorum.
Fundit trumbosum vesica graue maculosuz.
Et subsistentem modicum fetoris habentem.
Minctio fit pura vene chilis ex crepatura.
Et dolet a fine grauiter pars septima spine.
Si fluat a lũbis: purus manat: ⁊ sine trumbis
Renum testatur id punctioq̃ comitatur.
Dextram dolor cruciat si fluxus ab epate fiat.
Et sanguis purus manat fomenta daturus.

ℂ Expositio. ℂ Ex vitio. Hic determinatur de sanguine exeũte cũ vrina: qui q̃ttuor significat. s. aut vitiũ epatis: aut vesice: aut renũ: aut rupturã vene chilis: ⁊ hoc qđ dicit vsq̃ ibi. ℂ Hoc tibi plenũ. Hic ponit specificationes cũ alijs ꝯditionib⁹: ⁊ pᵒ qñ ꝓcedit a vesica ibi. ℂ Fundit trũbosum. Hic specificat̃ qñ sanguis ꝓcedit a vesica: q̃ sanguis ille est trũbosus in modũ globi: ⁊ hz grauez atq̃ fetidũ odorẽ: ⁊ in fundo residet: ⁊ talis sanguis est spissior ⁊ ponderosior. Ratiões hoꝝ satis ostendũt̃ in cõmento. ℂ Mixtio. Hic specificat̃ qñ sanguis ꝓcedit ex ruptura vene chilis: q̃ tũc sanguis est purus: ⁊ maxim⁹ dolor sentit̃ in septĩa spondili ꝯcã ꝯnumeratiõe ab iferiori ꝑte. ℂ Si fluat a lũbis. Hic specificat̃ sanguis exiẽs a renibus: q̃ tũc sanguis est purus: ⁊ nõ est trũbosus: ⁊ dolor: ⁊ pũctio sentit̃ in renib⁹. ℂ Dextra dolor. Hic specificat̃ sanguis exiens ab epate. ⁊ ille sanguis est purus sincerus ⁊ dolor in dextro hypocũdrio sentit̃ vehemẽs. ℂ Renũ vesice. Hic determinat̃ de arenulis. q̃ sigñant passionez: aut renũ: aut vesice. Renuz si apparent rubee in colore. vesice si apparent albe: ⁊ hoc ꝯm colorem mẽbri. a quo deriuant̃. Est aũt notanduz. ꝙ arene rubee q̃nq̃ apparẽt ĩ patiẽtib⁹ duplicẽ tertianã: vl̃ simplicẽ: ⁊ maxie ĩ hñtib⁹ renes siccos ꝑꝑ discrasiã febrilẽ appẽt arene rubee de calculo. Quid sit calcul⁹: ⁊ q̃lr gñat̃: ⁊ q̃ sint cãe gnõnis ipsi⁹ calculi satis in cõmẽto manifestũ est inspicienti.

Cõmen. ℂ Cõmentũ. ℂ Ex vitio. In hoc cap. agit auctor de san

guine: qñcunq̃ cũ vrina emittit᷑. Sanguis ḡ emissus cũ vrina aut ꝓcedit ab epate. ⁊ tũc dꝫ esse purus: ⁊ sincerus ⁊ in dextro hypocũdrio sentit᷑. Et talis sanguis cũ sit calidus. vrine ꝑfectius admiscet᷑: aut ꝓcedit a vesica. ⁊ tũc dꝫ esse sanguis trũbosus in modũ globi: ⁊ grauis odoris ⁊ in fundo residens: q̄ꝛ tunc fit frigidus. vtpote ad nutrimentũ mẽbri frigidi destinatus impurior est: ⁊ spissior: ⁊ põderosior. Recept⁹ ẽt infra ꝯcauitatẽ vesice: q̄ꝛ frigidum membꝝ est amplius ꝯglobat᷑: ⁊ corrũpit᷑: q̄ꝛ debilẽ hꝫ calorẽ. vñ nõ põt a sup̱fluis depurari. ḡ q̄ꝛ frigidus est iõ globosus: ⁊ grauis ad fundum descendens. iõ ⁊ grauis odoris: nec vrie cõmiscet᷑. vñ a vesica originẽ dr̄ hr̄e. Circa pectinẽ: ⁊ peritoneõ: ⁊ circa extremitatẽ virge in emissione vrine punctura sentit᷑. ⁊ ẽt talis sanguis põt in vrina petrificari: ⁊ cũ hoc ẽt sua globositate. ⁊ ẽt friditate: et cũ hoc ẽt ꝺm loci ꝯtinẽtis ꝓprietatẽ petrificationẽ faciẽtez: ex qua multi perierũt. Et vt refert Gal'. talis sanguis qñq̧ ꝑ vḡã in modũ sanguisuge emittit᷑. si a lũbis distrahit originẽ purus est: ⁊ in renibus dolor. ⁊ pũctura sentit᷑. si ex ruptura chilis. vene ꝓuenit purus simil'r est: ⁊ in. 7. spondili facta ꝯnumeratiõe ab inferiori ꝑte dolor sentit᷑ vehemẽs: huius dogmatis firmitatẽ trahim⁹ ab Hypo. dicit. n. Si sanguinẽ mingat gs: aut pus q̄si pulueruletũ sanguinẽ ad driam puri. Et postea subiungit: ẽt squamas ꝑ qd̄ significat᷑ vlceratio vesice: ⁊ subdit: ⁊ ardor grauis fit: ex quo habet᷑ corruptio sanguis: ⁊ tũc q̄dẽ vlcerationem significat vesice. Itẽ dicit Hypo. Si sanguinẽ mingunt: ⁊ trumbos ⁊ stranguriã habent: ⁊ dolor inciderit in pectinem: ⁊ peritoneon: circa vesicam dolorez significat. Ex his enim passio vesice significatur. Idez determinat Hypo. quãdo a renib⁹ ꝓcedit ⁊ dicit. Quicũq; sang. sponte mingunt his de renibus rupturam vene significat.

❡ De arenis.

Renum vesice lapidem testantur arene.
Renum si rubee vesice si magis albe.
Emula contenti forma sit suo continenti.

Expō. ❡ Expositio. ❡ Renũ. Cõmentũ istud require in cõmẽto superius dicto: vbi dicit. ❡ Renum vesice. Hic determinatur de arenulis quid significent.

Cõmen. ❡ Cõmentũ. ❡ Renũ. In hoc cap. agit auctor de arenulis: que qñq; emittunt᷑ cũ vrina: ⁊ passiõibus vesice. Attestant᷑ aũt in renibus nefresim: aut litiasim fore in vesica oñdit. Sed arene: aut sunt rubee: aut albe: aut nigre: aut subnigre. Si rubee ⁊ molles a renibus euenire ꝓpendun tur. renes. n. rubei sunt: ⁊ molles: ⁊ carnosi: ⁊ sanguinem ꝯtinẽt. vñ arene ibi gnãte iuxta formã sui ꝯtinẽtis in rubeitatis spẽm ꝓpendunt᷑. Si albe sunt potius a vesica ꝓueniunt. vesica nãq; alba est. ⁊ ꝺm formã ꝯtinẽtis ꝯtentum imutat᷑. Omnis enim res trahit᷑ ad suã originẽ: vl' a loco sue gnãtionis: vel a re agente vel patiẽte. A loco sicut apostemata: que talia debẽt eẽ: q̄lia sunt loca vbi nascunt᷑: vt formata in loco ocioso. Si nigra sint ꝺ melãcolica mã fiũt. ⁊ sunt oib⁹ peiores: q̄ꝛ sunt de grossiori mã. Sed que sunt albe citius dissolui pñt: q̄ꝛ ex flegmaticis hũoribus crudis: ⁊ indigestis cõgelatis gnãnt᷑. Calculus itaq; qui fit ex nigris arenis sibi ꝯglutinatis ꝯglutinat᷑: ⁊ ꝯflat᷑: ⁊ oĩum pessimus est: Si magnus fuerit: nõ põt curari nisi per incisionẽ: aut fit de albis arenulis de flegmatica mã ꝓductis: ille nisi fuerit multũ adustus: ⁊ in ꝓcessu tẽporis excoctus: ⁊ induratus diureticoꝝ beneficio: et antidotarioꝝ medicaminũ facilius põt curari. ❡ Et nota q̄ꝫ in pueris fit frequentius litiasis ꝑꝑ humoꝝ viscositatẽ in eis abũdãtiũ: in iuuenibus v̄o fit nefresis frequẽtius ꝑꝑ siccitatẽ renũ. Unde sanguis desiccat᷑: ⁊ subtiles ꝑtes ꝯsumunt᷑: terrestribus igit᷑ remanentib⁹ relique indurant᷑. ❡ Noli aũt semꝑ terreri: quotiẽs videas arenulas rubeas in vrina apparere: nec statim ꝑcipites sniam de calculo: q̄ꝛ in patiẽtibus duplicẽ tertianã: vel simplicẽ ⁊ maxime in hñtibus renes siccos arenule apparent rubee ꝑꝑ febrilẽ discrasiã. ❡ Itẽ nota: q̄ꝫ tres sunt cãe gnãtionis calculi. s. abũdãtia sup̱fluitatũ: ⁊ viscositas earum angustia meatuũ: ⁊ debilitas virtutis expulsiue: ipse igit᷑ cãe fortius sunt in pueris. ⁊ iõ isti passiõi magis familiares existũt. ❡ Tribus de causis apparent arenule. s. vel ex calculo: vel artetica: vl' lõga q̄rtana. In artetica ex induratione humoꝝ: in q̄rtana ex melãcolia desiccãte: ⁊ indurante humores: vt habet᷑ in Alexãdro de ptisico: q̄ lapidẽ expuit: qui generatus erat in canalibus pulmonis ex humoꝝ induratiõe. ❡ Et nota q̄ꝫ arenule sigñant qñq; lapidẽ ꝯfirmari: ⁊ qñq̧ diminui. si ꝑus nõ apparentes quotidie multiplicent᷑ magis: ⁊ magis quousq̧ min⁹ appareãt significãt lapidẽ diminui. Si ꝑus diu multis apparentib⁹ quotidie diminuunt᷑ magis significãt lapidẽ ꝯfirmãdũ: qñ vero penitus non apparent: cuꝫ tñ nõ sunt purgate: tunc significant lapidem confirmatuz.

❡ De pilis.

Forma pilo similis: vel erit decisio carnis.
Aut pars humoris lima siccata caloris.
Inde probes renum: vel totius nocumentuz.

❡ Expositio. ❡ Forma. Hic determinatur de pilis. Pili sunt q̄dã resolutiões lõge ⁊ graciles ad sil'itudinẽ piloꝝ: ⁊ emittunt᷑ cũ vrina: ⁊ sigñant aut dissolutionẽ renum: ⁊ lũboꝝ: aut siccitatẽ hũoꝝ ex acutate caloris desiccatoꝝ ⁊ hoc hẽtur in cõmẽto. ❡ Nota q̄ꝫ isti pili ap̱ꝑent aut cũ fe. aut sine fe. Si cum fe. significatur totius corporis dissolutio. Si sine fe. dissolutio renum ⁊ lumborũ. Expō

❡ Cõmẽtũ. ❡ Forma. In hoc cap. agit auc. de pilis. Sũt aũt pili q̄dã resolutiões longe ⁊ graciles in modũ piloꝝ q̄ cũ vrina emittunt᷑. Procedũt aũt ex dissolutiõe renũ ⁊ lũboꝝ: vel fiunt ex hũorib⁹ siccatis: qd̄ sic distinguit᷑: si sentiat᷑ in tali resolutiõe: qñ digitis ꝯfricat᷑ q̄si soliditas carnis: tũc de suba renũ esse ꝓpẽdit: ⁊ sigñat dolorẽ renũ ⁊ lũboꝝ ex acutate caloris eos dissoluẽtis. ⁊ ꝑtes eoꝝ ꝺcidẽtis ⁊ tales apparẽt in diabeticis. vñ Hypo. in affo. Quibuscunq̧ modica caro: aut pili exeũt pingui existente vrina: his a renibus egrediunt᷑: vl' his eductio de renibus fit. Si aũt pili illi ꝯfricati digitis cedãt cõpressioni: nec statiꝫ euanescãt. ita vt subsit aliq̄ soliditas de siccis ⁊ induratis hũoribus fieri sigñant᷑. Et si resolutiões longe apparent: ⁊ aliquãtulũ grosse: sigñant opilationẽ renũ ⁊ lumboꝝ: qñq̧ dextri renis: qñq̧ sinistri: ⁊ qñq̧ vtriusq̧. Si dextri dormitatio ⁊ formicatio in dextro pede sentit᷑. si sinistri in sinistro pede. si vtriusq̧: in vtroq̧ sentitur. Ex tali. n. opilatiõe nerui cõprimunt᷑: ⁊ ex cõpressione eoꝝ spũs aĩalis: cuius ꝓprietas est currere ꝑ neruos ⁊ sensum ⁊ volũtariũ motũ ĩpendere nequit partib⁹ extremis. vñ per neruos spũs aĩalis nõ põt libere transire ꝑꝑ cõpressionẽ ꝑdictã. vñ dormitatio: vel formicatio occurrit. ❡ Et nõ q̄ꝫ pili ap̱ꝑent in vrina: aut cũ fe. aut sine febre. Si cuꝫ febre toti⁹ corꝑis dissolutio sigñat᷑. Si sine febre de renũ substãtia fieri decisio particulariter iudicat᷑. Cõmen.

❡ De squamis ⁊ furfuribus.

Per squamas tenues ⁊ furfura micta notat᷑
Vesice scabies: aut si febris concomitatur.

Totius

Totius fuit integritas corpus tenuatur.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Per squamas. In hoc loco determinat
auctor de squamis ⁊ furfurib⁹. Squame sunt q̄dā reso/
lutiões late ⁊ rotunde ad silitudinē squamaꝝ pisciū: q̄ q/
dē a sup̄ficie mēbroꝝ abradunt̄: ⁊ vocant̄ squame peta/
loides: ⁊ iste squame appentes in vrina q̄nq₃ significant
dissolōnē toti⁹ corpis. s. si adsit febris. Si vo nō sit febris
p̄ticularis dissolō: ⁊ scabies vesice significat̄. ¶ Furfura
sunt q̄dā resolōnes ad similitudinē furfuris: que ex calo/
ris violentia a mēbris dilacerant̄ ⁊ abradunt̄. Ista g̊ fur
fura sunt alba: q₂ mēbra: a q̄bus decidunt̄: alba sunt: ⁊ ēt
sunt magis grossa q̄₃ squame: q₂ magis p̄funde a mēbro
rū suba dissoluunt̄. Talia g̊ ɔtenta furfurea appentia in
vrina significāt aut toti⁹ corpis dissolōnē: aut solū vesice.
Si g̊ cū appent adsit febris. tūc dissolōnē toti⁹ corpis si/
gnificāt. si vo sine febre apparent: significāt dissolutionē
vesice solū. Cognoscit̄ ēt per digestionē ⁊ idigestionē.

Cōmē. ¶ Cōmentū. ¶ Per squamas. Sequit̄ de squamis ⁊ fur
furib⁹. Sūt aūt squame quedā resolōnes late ⁊ rotūde:
que quasi a mēbroꝝ sup̄ficie actiōe caloris dilacerant̄ ⁊
abradunt̄: ⁊ sunt q̄si petala: que ex tritico sunt ⁊ modicis
squamis pisciū assimilant̄. vn̄ squame petaloides nūcu
pant̄: h₉ resolōnes a mēbris decise q̄nq₃ cū vrina purgan
tur: ⁊ indicāt dissolōnē toti⁹ tm̄: aut vesice. Si igit̄ adsit fe
bris cū appent: significāt dissolutionē totius corpis: vt in
febre ethica ɔtingit. Si sine febre ⁊ indigōne. tunc p̄ticu
laris dissolō ⁊ vesice scabies demonstrat̄. Hoc affirmat
Hypo. i affo. vbi ait. Si squamas mingūt: ⁊ dolor grauis
sit: vesice vlcerationez significat. ¶ Furfura sunt quedā
resolōnes in modū furfuris disposite: ⁊ a mēbris decidē/
tes ex violētia caloris. Sunt ēt albe: q̄m ipsa mēbra alba
sunt: tales emittunt̄ cu₃ vrina: ⁊ sunt grossiores squamis:
q₂ nō ita sup̄ficial'r radunt̄: s₃ a calore iserto p̄fundius a
mēbroꝝ suba euellunt̄. Urina g̊ furfureas h̄ns resolutio
nes: aut dissolōnē totius corpis significat: aut vesice tm̄.
Un̄ sic distinguit̄ p̄ febrē ⁊ nō febrē: p̄ digōnē ⁊ nō digō/
nē. Hypo. aūt in affo. Quib⁹ in vrīa pigui exn̄te furfurea
mingunt̄: his vesica scabit. Petala ⁊ furfura dissoluunt̄ a
vesica. sed nō crinoides: q₂ vesica nō est solidū corp⁹: sed
est tenuis ⁊ pelliculosa. Predicta corpa q̄nq₃ fluūt ab hu
morib⁹ calore liq̄das p̄tes ɔsumēte: vel friditate conden
sante. S₃ cū alijs signis in p̄ma specie ethice apparēt pe
taloides. in secunda furfurea. in tertia crinoides.

¶ De crinoidibus.

Certa fides per crinoides q̄ tertia febris.
Est ethice species nimis inserta latebris.

Expō. ¶ Expō. ¶ Certa. Hic determiat de crinoidib⁹ ⁊ sunt. Cri
noides q̄dā resolōnes grosse: q̄ caloris violēta multū pro/
funde a mēbroꝝ suba euellūtur: ⁊ sunt maiores q̄₃ squa/
me ⁊ furfura. Habent. n. crinoides tres dimensiones ma
gnas. s. latitudinez: longitudinē ⁊ p̄funditatē. Crinoides
igit̄ in vrina appentes tertiā speciez ethice significāt.

Cōmē. ¶ Cōmētū. ¶ Certa. Sub vno titulo egimus d̄ squamis
⁊ furfurib⁹. In h̄ caplo su₃ tractaturus d̄ crinoidib⁹. sunt
aūt crinoides q̄dā grosse resolōnes decise a mēbris vio/
lētia caloris incēsi ⁊ itrusi mēbris: ⁊ sunt maiores furfuri
bus ⁊ petaloidib⁹ in trinā dimēsionē. s. latitudinē: lōgitu/
dinē ⁊ p̄funditatē grādescūt p̄p̄ q̄d signat̄ q̄ membroꝝ
suba amplius ⁊ pleni⁹ dissoluat̄. Dicūt̄ aūt crinoides ab
idos q̄d ē forma ⁊ crina q̄d est duo: q̄si formā duaꝝ p̄ten
dētes. sūt āt crine vel crina grossiores p̄tes v'l p̄ticule tri
tici: q̄ in p̄n⁹ mollitiōis ⁊ attritiōis mole de grani integri
tate diuidunt̄. Tales g̊ crinoides in vrina appentes ter/
tiā spēz ethice designāt: cū aūt sint ita rotūde a vesica nō
p̄cedūt. Uesica nāq₃ magis accōmodat̄ resolōni furfuꝝ
⁊ squamaꝝ q̄₃ crinoidaꝝ. Appēt q̄nq₃ tales crinoides ru
bee ⁊ subnigre in febre acuta p̄pter sanguinis ifectionez
⁊ pessimū est: ⁊ q̄nq₃ passionē solidoꝝ mēbroꝝ testāt̄. vn̄
Hypo. in vltia p̄ticula ait. Quibuscūq₃ in febre in vrinis
crioides hypostas̄ fuūt: lōgā sign̄ant egritudinē. i. ethicā.

¶ De athomoꝝ resolōnibus: ⁊ albis minutis.

Innuitur gutta regnare per alba minuta.
Si mulier fuerit non alterum tibi deerit.
Quin ⁊ ɔceptus adsit: vel languori neptus.

¶ Expō. ¶ Innuit̄. Hic d̄termiat̄ d̄ athomosis resolōni/ Expō.
bus: ⁊ albis minutis. Iste g̊ resolōnes appētes in vrina tā
in viris quā₃ mulierib⁹ vitiū gutte sign̄ant. Et s₃ regionē
vrine quā ioccupāt: sign̄ant corpis hūani regionē affligi:
q₂ si in p̄te sup̄iori vrine. tūc sign̄at partez sup̄iorē corpis
pati guttā: ⁊ si in media mediā: ⁊ si in fundo vrine inferio
rū corpis p̄tiu₃ guttā sign̄ant. ¶ Est tn̄ notādu₃ q̄ si iste
resolōnes athomose ⁊ albe in vrina mulieris appeant: et
pigues sint in modū loture amili in fundo residētes infe
rius. et post modicū tp̄s cōglobant̄: inq₃ tales resolōnes
mulierē significāt ɔcepisse: ⁊ si appareāt subrubee ⁊ rotū/
de significāt mulierē masculū ɔcepisse. Si vo appeāt al/
be: vel sicut liuide: ⁊ late forme significāt feminā ɔcepis/
se. Si vero cū omnibus predictis signis mulier nō cōce/
pit. tūc significat guttā. sicut dictum est: vel matricis hu/
morositatem. ⁊ tunc vrina est magis spissa.

¶ Cōmentū. ¶ Innuit̄. Seq̄t̄ tractat⁹ de athomosis re/ Cōmē.
solutiōib⁹: ⁊ albis minutis: q̄d idē ē. Athomose resolutio/
nes ⁊ albe significāt vitiu₃ gutte tā in viris q̄₃ in mulieri
bus: s₃ si appeāt in fundo: significāt guttā iferioꝝ p̄tiu₃. si
in media regiōe appent: vitiū gutte significāt in mediāis
p̄tib⁹. s. a regiōe gn̄atiuoꝝ vsq₃ ad diafragma. si vo appa
rēt in p̄te sup̄iori sup̄ioꝝ p̄tium guttā significāt: s₃ si p̄ to
tā vrine subam diffundunt̄: guttā oīum mēbroꝝ signifi/
cant. Tales aūt resolōnes si in vrina mulieris appent: ⁊
sit piguis: ⁊ maxie in p̄te iferiori i modū loture amili ife/
ri⁹ residētes: ⁊ post modicū tp̄s ɔglobant̄ significāt mu/
lierē ɔcepisse: ⁊ si appeāt subrubee ⁊ rotūde forme signi/
ficat masculū cōcepisse. Q₂. n. rubee sunt: vel subrubee si/
gnificat̄: q̄ n̄alis calor ē sufficiēs dare eis talē colorē. Si
vo appeāt albe: ⁊ q̄si liuide ⁊ late forme: sign̄ant feminā
ɔcepisse. Per talē nāq₃ colorē vrīe sign̄at̄ debilitas n̄alis
caloris n̄ sufficiēt' eis colorē p̄fectū attribuere. Si vo nō
ɔcepit mulier: ⁊ tales appent resolōnes: sign̄at q̄ cōcepit
dolorē: ⁊ paritura est iniq̄tatē. Solū. n. vitiū gutte sign̄a/
tur siue oñdit̄ in muliere. g̊ tales resolōnes equocant̄: v'l
ad ɔceptū sign̄andū: vel ad arteticā: vel humorositatez
m̄ricis: ⁊ tūc vrina spissior est. Iste sunt vrie. s. muliebres: Urine mulie rū fallaces.
que magis deludunt artificē. De talib⁹ nāq₃ vrinis dare
sn̄iam p̄iculosu₃ est: cū ad vtraq₃ se h̄eant: q̄ dicta sūt. vn̄
de talib⁹ vitas ignorat̄. tū p̄p̄ fetū. tū p̄p̄ mulierē. In vi/
ris aūt tales vrine cum albis minutis securiores sunt ad
indicādū. in eis. n. veritas māifesta lucet. Sed vrine mu
liebres execrabiles sunt p̄p̄ duplicez fetus: ⁊ corpis conti
nētis respectū. Hmōi aūt resolōnes in vrina viri apparē
tes guttā significātes albe sunt: ⁊ p̄ue sunt: ⁊ rotūde. Albe
q₂ resoluunt̄ a mēbris albis. vn̄ imitant̄ colorē mēbroꝝ
a q̄b⁹ decidunt̄. Parue sunt cū n̄alis calor agat in māt̄m
gutte: vt eā digerat ⁊ dissoluat: resoluit̄ quoddā paruū de
membro: q₂ cum solidum sit: ⁊ parua sit caloris actio: par
uum est quod resoluitur. ⁊ ideo parue sunt resolutiones.

Rotūde sunt:qꝛ caloꝛ vndiq̄ꝫ agit in illā mām circūferē
tialiter dissoluēdo. ⁊ iō rotūde appent:vel rotunda sunt:
qꝛ de rōne granula rotūda sunt: qꝛ ex descēsu rotūdātur
vt grādo in casu. vt pꝫ ēt de gutta pluuiali:q̄ in descensu
suo rotūdat̄.

¶ De signis conceptionis.

Matrix sicca: venus sopita: retentio fluxus.
Discoloꝛ affectus: vomitus:cōpꝛessio virge.
Māme grossities: ⁊ perturbatio ventris.
Ex mellicrato conceptus signa pꝛobantur.

Expō. ¶ Expositio. Hic determinat̄ de signis:per que possumus
cognoscere ꝯceptionē ex incidēti. Signuꝫ ꝯceptionis:qꝺ
hētur per vrinā:in pꝛoximo est dcm̄. Sed alia signa sunt
cōceptionis: que enumerātur in istis pꝛedictis versibus.
¶ Matrix sicca. Qꝛ iā clausum est oꝛificiū matricis. vn̄
nō emittunt̄ mēstrua:que vuluā hūectare solent:sed po
tius retinentur ad nutrimentuꝫ fetus. ¶ Venus sopita.
Aliud signū ꝯceptiōis. Si desideriū veneris est sopitū:⁊
extinctū ꝑpter hoc:qꝛ mr̄ix: que vacua erat:iā repleta ē.
¶ Retētio fluxus. Aliud signū ꝯceptiōis. s. qꝛ menstrua
retinent̄:vt inde nutriat̄ fetus. ¶ Discoloꝛ affect⁹. Aliud
signū ꝯceptiōis. Appetitus varius ⁊ multifoꝛmis: qꝛ mō
appetūt acrumina:mō fructus acerbos:⁊ carbones:⁊ hu
iusmodi similia. Et hoc accidit ex ipso sanguine mēstruo
melācolico redundāte ad os stomachi:⁊ inficientē ipsuꝫ.
¶ Vomitus. Aliud signū:qꝛ ille sanguis inficiens os sto
machi mouet ipm ad vomitum. ¶ Cōpꝛessio v̄ge. Aliud
signū ꝯceptiōis. vt hētur in cōmēto. ¶ Mamme grossi
ties:qꝛ sanguis redūdat ad spongiositatē māmillarū. vn̄
ī grossant̄. ¶ Et ꝑturbatio. Aliud signū ꝯceptōis Hypo.
in 4ᵃ ꝑticula affoꝛis. Mulierez si vis scire si ꝯceperit ⁊c̄.

Cōmen. ¶ Cōmentuꝫ. ¶ Matrix sicca. In hoc caplō:qꝺ est q̄si fi
nale ⁊ cōplementū sui opis: assignātur accn̄tia ⁊ signa ce
lebꝛate ꝯceptiōis. De ꝯceptiōe per vꝛinā significāda pꝛe
cesserat intētio in caplō p̄cedenti. ideoq̄ꝫ ad ꝯceptiōis no
titiā plenarie hn̄dā posuit auctoꝛ signa ꝯceptiōis in ꝯclō
ne sui operis. ¶ Matrix sicca. Qꝛ ꝯclusum est interius
oꝛificiū:neqꝫ iā emissione mēstruoꝝ matrix humectatur
vel vulua etiā illinitiōe mēstruoꝝ nō humectat̄:qꝛ men
strua retēta sunt ad nutriēdū fetū. hoc aūt nomie matri
cis eius extremitas. i. vulua intelligit̄:vel vulua sicca est:
qꝛ a mr̄ice iam repleta ex semine virili iam interius mo
netato:iaꝫ voluptas mr̄icis a venereis illecebꝛis nō adeo
diffundit̄:nec in lachꝛymas resoluit̄ venereas. Extincta
. n. est sitis eius:que p̄us sedari nō poterat: qꝺ fit: qꝛ iaꝫ re
pleta est: ⁊ ex interioꝛi sarcina aggrauata minus pōt va
care pꝛuritui venereoꝝ. Ex vacuitate nāqꝫ mr̄icis viget
sensibilitas:⁊ ex sensibilitate amplioꝛi amenitate vene
ris matrix ampli⁹ infestat̄. ¶ Venus sopita. Nō mercat̄
ꝑpter p̄dictā rōnem. Sed obmurmurāt subagitatoꝛes ⁊
lenones ⁊ assueti ad venerē dicētes hoc esse falsum: qꝛ a
multis post conceptionē auidius ⁊ instātius appetit̄ coi
tus q̄ꝫ antea. Dicunt se etiā vidisse quasdā:que ante cōce
ptionē suis adulteris ianuā pudoꝛis claudebāt: sed facta
ꝯceptiōe vmbilicū:⁊ crura eius relaxabāt. ¶ Rn̄dem⁹
hoc poti⁹ esse securitatis cā q̄ꝫ cā ardoꝛis ⁊ voluptatis:nō
tn̄ dico quin ex fetu caloꝛe duplicato renes calefiāt: et ex
caloꝛe ꝑuagāte vel p̄grauāte veneris oꝛificiꝫs qdā pꝛuri
tus innascit̄. sed non est adeo voluptuosus:sicut qui fuit
an̄ ꝯceptionē:vel in ꝯceptiōe. Tunc. n. matrix tota se ape
rit:⁊ applaudēs tēperātie seminis ipm intromittit in mo
netā ꝯceptionis. i. foꝛmā. ¶ Aliud cōmētū. ¶ Matrix.
Qm̄ egit de athomosis resolōnibus: que qn̄qꝫ significāt

Appetit⁹ ad coitū:an maioꝛ sit an̄ conceptionē vel post.

Aliud commentum.

ꝯceptum:qn̄q̄ꝫ non. hic addit signa:per que fiat discretio
qn̄ significēt ꝯceptū. Et p̄mo ponit gnālia. scdō spālia cuꝫ
matrix ꝯsequuta ē qꝺ desiderabat:⁊ adepta est qꝺ vena
bat̄ qescit. Et iō claudit̄ vt retineat̄ qꝺ desiderabat̄:⁊ ac
ceptū collū eius ⁊ vulua desiccantur: qꝛ nō fluit qꝺ solet
fluere. vn̄ vulua minus humoꝛosa fit. ¶ Venus sopita.
Cū matrix creata sit ꝑpter ꝯceptionē habito fine ad quē
ipsa est facta. tūc in eo qescit nāliter. vn̄ nō appetit plus
coire. Tn̄ ex ebullitione postea facta in ipsa matrice: ma
xime si mā ipsa generādi fuerit colerica:⁊ etiā matrix sit
sibi similis in complexione. sunt quedam mulieres pꝛe
gnātes: que appetunt coitū vehementer:qm̄ in eis renes
sup̄flue calefiūt ⁊ maxime cū vulua nō recipiat in se hu
moꝛositatē solitā:⁊ ꝑpter hoc magis appetūt coitū:⁊ foꝛ
te ad hoc vt eius humectet̄ vulua: matrix coitū appetit:
maxime ꝑpter necessitatē q̄ꝫ ꝑpter vtilitatē: qm̄ natura
stimulat̄ a vehemēti siccitate stimulāte mr̄icē ad appe
tendū coitū. ¶ Retentio fluxus. Idest menstruoꝝ. reti
nent̄ aūt menstrua vt fetui ꝑpinent̄ nutrimenta:⁊ ꝑpter
ꝯclusionem interioꝛis oꝛificiȷ. ¶ Aliud cōmentū ad p̄di
cta carmina. ¶ Matrix. Patet cā huius ex p̄dictis:quo
niā coartat̄ colluꝫ matricis:vt retineat̄ mā generandi.
¶ Affectus. Idest appetitus. ¶ Discoloꝛ. Idest varius
⁊ mltifoꝛmis. mō. n. appetūt acrumina: mō fructus acer
bos:mō cretā:mō carbones ⁊ similia qꝺ:hꝫ cōtingere ex
sanguine mēstruo melācolico ⁊ ꝯtagioso redundante ad
os stomachi:⁊ inficiēte ipm. vn̄ appetunt similia sue infe
ctioni. Sed hoc hꝫ fieri maxime in nouitate ꝯceptōis ꝑ
pter retētionē mēstruoꝝ. sanguis. n. mēstruus adhuc est
in motu. In 3º aūt mēse:vel in 4º fetu iam ꝯfirmato ces
sat talis appetitus. ¶ Vomitus. Ex eadeꝫ cā: sed accidit
maxime in nouitate ꝯceptiōis. ¶ Compꝛessio virge. Ex
angustatione interioꝛis oꝛificiȷ matricis. vnde videtur vi
ro cū coit cū muliere:ꝙ virga a vulua sugat̄ pꝛecipue qn̄
virga est lōga. ¶ Māme grossities. Ex redundatiōe san
guinis ad spongiositatē māmillaꝝ. vnde distēdunt̄ ⁊ in
grossant̄. Sunt nāq̄ꝫ ꝯtinui meatus a matrice ad māmil
las:per quoꝝ ꝯtinuitatē fit trāsitus deriuationis ad supe
rioꝛa:⁊ ad māmillas. ¶ Turbatio. Istud signū ē ab Hy
pocrate elicitū. Dicit. n. in 5ᵃ particula affo. Mulierez si
vis scire ⁊c̄. qn̄ doꝛmitura est da ei mellicratū bibere:⁊ si
quidē habuerit toꝛtiōes:ꝯcepit. si vō nō:nō. Sed non est
omnino veridicū signū:qꝛ suscepto mellicrato:toꝛtiones
sentiunt̄: nō tn̄ ꝑpter hoc semper de facta ꝯceptione ar
guunt̄. Si vero in coꝛpoꝛe mulieris suscepto mellicrato
fiat absentia ⁊ pꝛiuatio toꝛtionis:certū est signū nō facte
ꝯceptionis.

Aliud cōmentum.

Propter qd ipgnātib⁹ appetit⁹ fit ad extranea.

¶ De signis conceptionis masculi.

Conceptum maris insinuat splendoꝛ faciei.
Membꝛoꝛum leuitas: spissi concretio lactis.
Atqꝫ tumoꝛ ventris in dextra parte rotundus.
Femineum fetum contraria signa figurant.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Conceptum. Hec sunt signa conceptiōis
masculi:quia si mulier ante conceptionem esset discolo
rata:⁊ facta conceptione habeat faciem bene coloꝛatam.
ex hoc habetur: vnum signū conceptionis masculi quan
tum est ex hoc. ¶ Membꝛoꝛuꝫ leuitas. Si facta conce
ptione mulier habeat leuitatem membꝛoꝛum:ex hoc est
signum cōceptionis masculi quātuꝫ est ex hoc. ¶ Spis
si concretio. Idest coagulatio lactis:⁊ spissitudo. ¶ Atqꝫ
tumoꝛ. Scilicet ventris. ¶ In dextra parte rotundus:
qꝛ ibi est locus ꝯceptionis masculoꝝ. ¶ Femineuꝫ. Si
gna ꝯria istis:q̄ dicta sunt signāt ꝯceptiōeꝫ femine.
¶ Cōmentū.

Cōmen. ¶ Cōmentū. ¶ Cōceptū. Post tractatū de gnālib⁹ signis ꝯceptionis: subiūgit auctor de spālibus. ¶ Splendor faciei. Recurrit ad priorē consistentiā mulieris. Si aūt añ ꝯceptionē solebat esse minus colorata: ⁊ post modicū facta ꝯceptiōe purpurea facies vel illuminata occurrit: ex hoc perpēde conceptionē masculi. Nā si calidiori sanguine: ⁊ in calidiori pte mr̄icis concipit̄. vnde nālis calor in corpore mulieris incutit̄ ⁊ melior digestio procreat̄. naz ex bona digestiōe bonus color in facie nascit̄. ¶ Membroꝝ leuitas. Ex eadē cā: ex bona nāqz digōne bonuz est nutrimentū: ⁊ bona repatio spūum: ex quibus sufficiēter repatis robur ⁊ vigorositas ipsi corpori prestātur: ⁊ membra leuigātur. ¶ Spissi ꝯcretio lactis. Idest coagulatio: qꝛ lac magis est digestū ⁊ excoctū: ⁊ ablata est aquositas virtute caloris. Uñ si eius gutta super vnguem vel super marmor. aut super alia re tersa apponat̄: non fluit: sed laterales ptes eius redigunt̄ in cumulum: ⁊ hoc significat masculi ꝯceptionē. ¶ In dextera pte. Ubi est locus conceptionis masculoꝝ. ¶ Rotundus. Qꝛ ptes masculini corporis cū sint fortiores forti⁹ sibi coherent: nec in mr̄ice q̄dā fragilitate distendunt̄. ¶ Cōtraria signa. Nā cōtrariaruz cārū ꝯ̄rÿ sunt effectus. ¶ Secundū cōmentuz

Aliud cōmentum. ad predicta carmina. ¶ Conceptū. Hic determiat signa cōceptionis spālia: mā masculi est spālior q̄z femine. Ponit auctor: ꝙ sperma viri stat loco factoris ⁊ agentis: sed sanguis mēstrualis loco māe. Et ex hoc pꝫ: ꝙ omnis vir calidior est omni muliere: tñ quedā mulieres calidiores sunt quibusdā viris: sed hoc intellige de calido viscoso ⁊ māli magis. viri aūt omnes calidiores sunt calore v̄tuoso ⁊ formali. ⁊ ideo viri fortiores sunt feminis. ¶ Splendor faciei. Quoniam ex mā calida: que ebulit in matrice eleuātur fumi vel vapores calidi ad epar: vñ calefit. Et similiter ad cor: vñ calefit. vñ ex his mēbris sic calefactis eleuātur calidi vapores ad faciez: ⁊ ad caput. vnde facies splēdescit: rubor est ex flore sanguis v̄tute caloris depurati: ⁊ inde leuitas toti⁹ corporis: calor rarefacit ⁊ subtiliat: que duo sunt p̄ncipia leuitatis: calidū v̄o velociter mobile. ¶ Spissi ꝯcretio. Quod fit a calore forti aquositatez ipsam: ⁊ spm̄ fortiter cōprehendentē. vñ videmus ꝙ carnes cocte rigidiores sunt: qm̄ calidum superuincit humidū: ⁊ ipm cōprehendit: ⁊ coagulat per abstractionē humidi prius exn̄tis. Sed attendendū est ꝙ calor aggregatus fortior est q̄z spsus. ⁊ iō parui viri nūq̄z sunt humiles: qm̄ calor eoꝝ est aggregatus. vñ mobiles fortiter sunt eleuati: qm̄ calor semp spargit̄ ⁊ eleuat: ⁊ iō sunt audaciores ⁊ subtiliores. Cōtrariū accidit in magnis ꝑpter eius spsionē. vñ si magnū sapientē videris: vel inueneris: ⁊ paruū humilē: redde laudē deo. ¶ Atq̄z timor. Cuz.n. calor humidus fortiter cōprehēdit: rotūdat: sicut supra prelibatū est. Et hoc ēt facit in dextra pte maxie: qꝛ calida est: ⁊ iō tumor rotundat̄: cuz ꝯcipit̄ masculus. Signa ꝯtraria apparent in mulieribus. ¶ Et nota ꝙ splendor faciei maxime ꝯceptionez masculi certificat. si añ ꝯceptione m facies erat palida.

¶ De spmaticis resolōnib⁹.

Spermaticis inscripta notis vrina fatetūr
Illecebres coitus: genitalia membra grauari.
Fermento veneris ludibria vana soporis.
Siue gomoreā: vel membri vim resolutā.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Hic determinat de spermate apparente in vria. Regula. Urina cū spermaticis resolutiōib⁹ apparens residētibus: vel ad fundū tendētib⁹: significat coitū p̄cessisse: aut nocturnā illusionē: aut volūtatē ⁊ desideriū venereoꝝ opeꝝ sine actu. ⁊ tunc significat membroꝝ generatiuoꝝ repletionem. ¶ Siue gomoreā. Talis etiam vrina si frequenter occurrat gomoreaz significat: vel paralesim generatiuorum membrorum.

¶ Cōmentū. ¶ Spermaticis. In hoc caplo auctor agit de spermate in vrina: qm̄ qñq̄z cum vrina mittunt̄ resolutiones spermatice. vñ appet vrina cuz quibusdā spmaticis resolutionibus. Est ergo talis regula. Urina cū spermaticis resolutiōibus apparens ad fundū tendētib⁹: vel residētibus: coitū significat p̄cessisse: aut nocturnā illusionem: aut concupiscentiā: aut affectū venereoꝝ opeꝝ sine actu ꝯscie. Significat etiā genitaliū mēbroꝝ ⁊ didimorum repletionē ex spermate qꝺ est: qꝛ redundat in testiculis ⁊ per incōtinētiā cū vrina emittit̄. Significat etiaz talis vrina: si frequēter occurrat: gomoreā: siue paralesim genitaliū mēbroꝝ. ¶ Est aūt gomorea imoderata ⁊ inuolūtaria spermatis effusio: que est passio turpissima: de qua multitudo nō modica: vel aliqui aliquādo pierūt: q talez egritudinē ꝯfiteri erubescunt. vnde morbi malitia magis cōfortatur. Fit aūt hec passio ex nimia sanguinis abūdātia. vñ sperma augmētat̄ ⁊ pp nimiā abūdantiaz multiplicat̄ ⁊ emittit̄ sine aliq̄ delectatione ⁊ virge erectione. Fit ēt qñqz ex debilitate v̄tutis retētiue: qñqz ex lenificatiōe vasoꝝ seminaliū. vñ vasa seminalia lubrificant̄: ⁊ sic spma ex tali lubrificatiōe cū nō hēat coherentiā in receptaculis inuolūtarie labit̄. Significat̄ aūt hec passio in illis: qui hn̄t palesim in mēbris genitalib⁹: sicut est in epilēticis ⁊ apopleticis. in illis.n. vrina ⁊ semē inuolūtarie emittunt̄: ⁊ sic spma pp debilitatez neruoꝝ: ⁊ pp aliā cām intrinsecā inuoluntarie egredit̄. ¶ Spmaticis notis. Idest spmaticis resolōnib⁹. ¶ Scripta. Idest pfusa. ¶ Illecebres coitus. Quo ad celebrādū coitū. i. quando aliqs celebrauerit coitū. vñ ex reliquÿs materiei resolute ⁊ nō sufficiēter educte: qꝛ debilis fuit spūs expellēs. iō talis appet vrina. ¶ Genitalia mēbra. Scđa signatio est: mēbra genitalia dicunt̄ in hoc loco testiculi: virga: ⁊ didimi p̄cipue. ¶ Fermento. Idest spmate: quo testiculi turgescūt: sicut pasta ex ferm̄to crescit: ⁊ ampliat̄. ¶ Ludibria vana soporis. Idest nocturnas illusiones ex venereis officÿs vel opib⁹. qñ. s. dormiētib⁹ se igerūt: ⁊ improuisa mēte somniāt vel dormiūt. ¶ Gomoreā. Idest imoderatā ⁊ iuolūtariā spmatis effusionē. ¶ Uiz resolutā.

Cōmentum aliud. Idest paralesiz: que fit ex dissolōne mēbroꝝ. ¶ Sequit̄ aliud cōmentū ad p̄dicta carmina. ¶ Spmaticis. Sperma emittit̄ aut pp multitudinē māe: aut pp defectū virtutis ꝯtētiue: aut pp debilitatē lacerti remolliti ꝓm paralesim. ¶ Illecebras. Qꝛ nimis mouet̄ mā: ⁊ nimis calefiunt testiculi. vñ fortiter attrahūt: ⁊ spma ibi gnānt: qꝺ emittunt. Subtiliāt per motū p̄cedentē in coitu nimio. ¶ Genitalia mēbra. Propter multitudinē māe spmatice: que inturgescit a calore p motū. ¶ Ludibria. Qm̄ in tali opōne nō bñ modificāt̄ ꝯcauitates ex spmate. ¶ Gomoreā. Idest iuolūtariā spmatis emissionē. ¶ Uiz resolutam. Idest virtutem contentiuaz: ⁊ propter lacerti remollitionenm deficientem retinere.

¶ De puluereis resolutionibus.

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsuz
Infima mēbra notāt morbi lāguore grauari.
Ex attricis emorroydis splenisqz tumore
Sepi⁹ apparent: vel quādo menstruus hūor
Temporibus certis sua respiracula nescit.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Sub forma. Hic determinat̄ de resolu-

tionibus puluereis:que emittuntur cum vrina ad simili
tudinē pulueris. Est ergo regula. Urina in colore remis
sa cū pulueris resolutionibus in fundo residentibus si
gnificat egritudinē membrorꝫ inferiorꝫ: sicut renū ꝛ lum
borum ꝛ ptiuz inferiorꝫ. ¶ Ex attricis. In attricosis ꝛ fi
cosis ꝛ in patientibus emorroydas: ꝛ inflationez splenis
apparet quādoqꝫ talis vrina. ¶ Uel quādo menstruus.
Talis etiam vrina apparet in mulieribus quādo patiun
tur retentionem menstruorum.

Cōmentū. ¶ Cōmentuz. ¶ Sub forma cineris. Hic ponit̄ aliud ca
pitulū de puluereis resolutiōibꝰ:que qn̄qꝫ cū vrina emit
tunt̄: ꝛ sub forma pulueris in fundo subsistunt. Inde col
ligit̄ regula talis. Urina in colore remissa cuz puluereis
resolutiōibus in fundo residentibus:in colore nigris:vel
liuidis significat emorroydas. significat etiā attrices si
ue ꝯdilomata. Talis etiā vrina significat vitiū splenis: ꝛ
in mulieribus significat coituz: ꝛ si talis diu appeat signi

Emorroyde quid sint. ficat retentionē mēstruorꝫ. ¶ Emorroyde sunt qn̄qꝫ ve
ne:que a chili vena ꝓcedentes vsqꝫ ad pudibundū circu
luz terminātur. Iste ergo vene quādoqꝫ replent̄ ꝛ aggra
uātur ex melācolico sanguine qui maxie abundat in chi
li vena:que spine adiacet. Spina vͦo frigida est:cuz sit ps
corporis posterior. vnde ꝓpter frigiditatez illius ptis me
lācolicus sanguis in illis venis hꝫ dn̄ium suū. Cū aūt p̄di
cte vene aggrauate sunt: ꝛ sup replete ex melācolico san
guine distendunt̄: ꝛ fortiter eo in loco tumescunt:atqꝫ in
flātur:ita ꝙ in capitibus earꝫ quedā appent tumorosita
tes varie. vnde sentit̄ grauedo: ꝛ ponderositas circa par
tes inferiores: ꝛ adest pigritia totius corporis ꝛ discolora
tio faciei. Ille aūt vene qn̄qꝫ rumpunt̄: ꝛ sanguis emitti
tur in multa quātitate. rumpuntur aūt ille vene propter
abundantiā sanguinis: ꝛ ꝓpter incōtinentiā:vel ex calore
nimio ꝓpter acuitatē ꝛ corrosionē:vel ex frigiditate exte
riori ꝓpter cōpressionē. Unde hec passio maxime est in
illis familiaris:qui sup marmora sedere ꝯsueuerunt. Est
aūt emorroys nomē membri ꝛ passionis: qꝛ ille vene di
cunt̄ emorroyde:per q̄s venit hec passio:que dicit̄ emor
roys. vn̄ egritudo ab illis venis orta emorroydes dicun
tur. Dicit̄ autez morroys ab emo:qđ est sanguis ꝛ roys:
qđ est fluxus. vnde dicunt̄ emorroydes q̄si fluxus san
guinis. In emorroydibus vrina debet esse remissa in co
lore. naz melācolico sanguine abundāte in corpore debi
litatur nālis calor. vn̄ digestio crudescit ꝛ ex digestionis
cruditate discolorat̄ vrina. Appet aūt cū puluereis reso
lutionibus:que resolute a melancolico sanguine nigro et
terrestri per ꝯtinuos meatus deriuāte ad vesicā cum vri
na emittūtur: ꝛ qꝛ sunt pōderose ꝛ terrestres subsident in

Attrices qd sint. fundo. ¶ Attrices sunt collectiones facte circa anum ex
melācolico sanguine in illis ptibus turbato: ꝛ viscositatē

Fici qd sint ꝛ cōdilomata. inducente. ¶ Fici sunt molles collectiones circa anum
distincte quibusdam granis in modum granorum ficus.
¶ Condilomata sunt dure ꝛ solide collectiones ꝛ rotun
de circa anum in modum glandiū: ꝛ dicunt̄ condiloma
ta a condilon:quod est rotundum. vnde apud maximia
nuz reperitur:digitis in condilon replicatis. i. in rotundū.
¶ In attricosis igit̄: ꝛ ficosis: ꝛ condilomaticis vrina ap
paret similis priori ꝛ propter eandez cām disponitur ꝑm
colorem talem. ¶ Et resolutiones tales ex vitio splenis
post data medicamia:maxime propter dissolutionē par
tium apparet eadem vrina remissa cum resolutionibus
puluereis. Similiter in retentione menstruorum. nā san
guine melācolico per mēstrua retento resoluunt̄ quedā
partes liuide ab ipso sanguine: ꝛ quasi squāmose: que qui
dem cum vrina emittuntur. ¶ Cinereis. Idest pulue
reis. ¶ Infima mēbra. Sicut renes: ꝛ lumbos: ꝛ inferio
res ptes:que rōnis cōpassione molestātur. vt dcm̄ est.

¶ De hypostasi.

Informat sedimen color: ꝛ substātia tempus.
Forma: locꝰ: color est albꝰ: substātia gūphis
Continuata suis: conum sua forma figurat.
Inferior fundus locus est constantia tempus.
Albuz: continuuz: residens: cōstans: pineatū.
Si sedimen fiat: bona fit digestio: virtus
Fortis nature triplici viget actio motu.
Albificat: mundat: cumulat: cōdensat: ꝛ vnit.
Uentosum calor extenuat: sorbetqꝫ vaporez.
Uirtꝰ: que bona sunt retinet: q̄ praua repellit.
Nec natura suos secat: aut interpolat actus.
His claret signis ostensio certa salutis.
Eucreta fit febris: breuis est discussio morbi.

¶ Expositio. ¶ In isto loco determinat de hypostasi. Est Expo.
igit̄ hypostasis superfluitas tertie digestiōis effusa in vri
na. Hypostasis in 3ͣ digestione diuiditur a nutrimento
membrorum: ꝛ emittitur cum vrina. Unde hic ponitur
descriptio hypostasis laudabilis ꝛ sunt quinqꝫ conditōes
ipsius. s. color qui est albus: substātia que debet esse conti
nua sine interruptōe ꝛ diuisione: locus qui est fundus vri
nalis: pus: hypostasis. s. ꝙ multos dies ꝑseuerat in sua bo
nitate: forma a qꝛ d̄bet esse ad modū forme pyramidalis
vl' pinealis: vt incipiat a lato: ꝛ circū quaqꝫ tendat in acu
tum. Et de istarum differentiaruz qualitate singulariter
determinatur in commento valde bene. ¶ Album con
tinuum. In isto versiculo continentur quinqꝫ differen
tie hypostasis nālis. s. ꝙ sit alba in colore: cōtinua in sub
stātia: residens in fundo ꝑm locum: constās quantum ad
tempus. pineatum quātum ad formā. Et si tale sedimen
cuz istis conditionibus appareat in vrina: significatur ꝙ
digestio est bona: ꝛ virtus fortis: ꝛ ꝙ actio nature triplici
viget motu. ¶ Un̄ notādū est ꝙ triplex ē motus nāe. s.
alteratiuꝰ: localis: ꝛ eēntialis: h̄ decl'ant̄ in fine cōmenti.
¶ Cōmentum. ¶ Informat. Aliud capitulum proponit̄ Cōmen. Hypostasis qd sit ꝛ vnde [illegible]
de hypostasi: vbi videndum est quid sit hypostasis: ꝛ eius
proprietas. Est enim hypostasis superfluitas tertie dige
stionis cum vrina effusa. omnis ergo digestio superflui
tatem hēt suā. Prima digestio habet pro sua superfluita
te egestionem ꝛ ventositatem. Secunda digestio hꝫ vri
nam. Tertia digestio habet hypostasim ꝛ sudorem. Hy
postasis in tertia digestione diuiditur a nutrimēto mem
brorum. vnde cum in omnibus membris fiat digestio: ꝛ
omnia mēbra nutriātur: a quolibet nutrimento diuidit̄
hypostasis: sed nō tota hypostasis: que a nutrimento diui
ditur cū vrina purgat̄. Nā viarū longitudine ꝛ meatuū
strictura non pōt tota ad vesicā prouenire. pars eniz que
dam a calore corporis consumitur. alia per sudorē mun
dificatur. Alia pars extenuatur ꝛ per fumum: ꝛ vaporez
expirat illa portio sola: que vasis coheret: ꝛ propinquior
est vys vrinalibus: ad vesicā descendit. Cum enim vasis
cohereat rarefactis vys poroꝝ ex caliditate ingreditur
vasa: ꝛ per meatus continuos deriuatur ad epar: ab epa
te vero per capillares venas descendit ad vesicam: ꝛ cuꝫ
vrina emittitur. In vrinis aūt sanorꝫ non appet hyposta
sis: qꝛ fortitudine caloris: ꝛ vͭute mēbrorꝫ supfluitas illa Quattuor differentie hypostasis.
ꝯsumitur. Membra etiā in sanis melius nutriunt̄ ꝛ par
ue sunt supfluitates mēbrorꝫ ex nutrimēto. vn̄ pauca vel
nulla est hypostasis. ¶ Quattuor sunt hypostasis dn̄ie. s.
color.

Color. color:suba:locus:ꝛ tp̄s. Jsaac in lib. vrinaꝝ aliā .s. 5am dr̄ntiā apponit:que est forma:ꝛ nos Jsaac sequentes illā dr̄ntiā 5am apponimus. Nālis color hypostasis est albus:oīs nāq; hypostasis nālis dꝫ esse alba. Cōsimilia nāq; membra hūani corporis oīa sunt alba vl'r:q̄uis ēt caro videat̄ esse rubea. Sed nō est ille color carnis: sꝫ potius sanguinis dispsi ꝑ poros ipsius carnis. vñ si caro coquat̄ ꝛ exprimat̄:sicut faciūt hibernienses albificat̄:ꝛ ad ꝓpriū colorem reuertit̄. nutrimentum g̊ nō incorporat̄ mēbris nisi p̄us dealbet̄. Est aūt nutritio ꝯuersio rei nutriētis in nāz rei nutriende. g̊ nutrimentū est albū cū mēbra sint alba. et hypostasis est decisa a tali mā. ergo in colore dꝫ eē alba. Oīs nāq; superfluitas dꝫ eē emula .i. similis ꝛ imitatiua eius:a quo decidit̄:ideoq; nulla hypostasis est laudabilis nisi sit alba. hec.n. significat perfectā assimilationeꝫ nutrimenti ꝑm nām mēbroꝝ:ꝛ fortitudinē nālis caloris in digestione preualentis. Rubea.n. hypostasis minꝰ bona est. significat.n. longitudinē egritudinis ꝛ cruditatem māei. vnde virtus digestiua nō ita preualet in 3a digestione in faciendo digestionē nutrimenti: significat tñ similitudinē eucritā .i. bene terminabilē:q꞉ fit de sanguine puro ꝛ sincero: q̄ humor amicus est nāe:ꝛ maxime familiaris. Subruffa hypostasis peior est rubea:q꞉ fit de sanguine aquoso. vñ minat̄ ex cruditate sanguinis maioreꝫ ꝓlixitatē egritudinis. Liuida hypostasis vituꝑabilis est:q꞉ significat mortificationē. Uiridis vel nigra pessima est: q꞉ significat adustionē ꝛ mortē. et hec de colore hypostasis sufficiāt.

Suba. ❡ Suba hypostasis est cōtinua:q꞉ dꝫ esse sine diuulsione ꝛ interruptiōe suaꝝ ꝑtiū:ꝑ qđ significatur tertiā digestionē māei esse ꝑfectā:que nō hēat aliq̄ vētositatē:que sui p̄ntia possit diuellere continuitatē hypostasis. Diuulsio aūt hypostasis fit ex ventositate tertie digestionis. Et hec de substātia hypostasis sufficiāt.

Locus. ❡ Locꝰ hypostasis ꝓprius ꝛ nālis est fundus. Debet nāq; esse hypostasis subsistens in fundo vrinalis: ꝛ talis subsidētia significat secundā digestionē nō fuisse turbatā:nec impeditā aliq̄ ventositate. Nā si scđa digestio fuisset vētosa:illa emissa cū vrina propelleret hypostasiꝫ vel in media ꝑte vrine: vel in superiori. si maior esset ventositas. Et sunt tres differētie hypostasis ꝑꝫ locū. Nā si hypostasis fuerit subsidēs in fundo:ꝛ nō impulsa vocat̄ sedimē. Si aūt sit impulsa in media regiōe vrine:vocat̄ eneorima q̄si depēdens. Q꞉ si fuerit impulsa vsq; ad suꝑficieꝫ vrine ex maiori īpulsu ventositatis vocat̄ nephilis .i. nubes ex metaphora nubiū. Et hec đ loco hypostasis sufficiāt.

Tēpꝰ. ❡ Tempus hypostasis est ꝑmanentia in talibus dr̄ntijs per multos dies:talis āt ꝑmanētia est eq̄litas siue tp̄s:ꝑ qđ significat̄ maxime fortitudo nāe:que q̄dē in bene operādo nō deficiat:sed suū opus ꝯtinuare sufficit. Nā si in p̄ma die appeat hypostasis cū bonis dr̄ntijs: ꝛ in scđa appeat cum malis:ex tali incōstātia significat̄ nāe debilitas:que non pōt in bono ope ꝑseuerare. ❡ Et nota ꝙ equalitas in bona hypostasi est optima. sed equalitas in mala hypostasi est pessima. Inequalitas g̊ in malo bona est:sed ineq̄litas ī bono mala est. Et hec đ tēpore hypostasis sufficiāt.

Forma. ❡ Forma hypostasis dꝫ esse ꝯnoides .i. in moduꝫ forme pinealis: vt incipiat a lato ꝛ perpēdiculariter circūquaq; tēdat in acutū q̄si in modū pyramidis: vel in moduꝫ pinee. Talē vō formā vocat Jsaac pineatā q̄si tendentē in acumē in modū pinee. Talis g̊ forma significat digōneꝫ perfectā. vñ graues ꝑtes hypostasis in fundo sustinent:et ꝯstituūt eius basim. Mediocres aūt:que non sunt adeo ponderose:mediuꝫ occupāt. Leuiores vō:que sunt ignee ꝛ aeree:supius tendūt. littera per se pꝫ. ❡ Suis gumfis. Idest suis compaginibus. vt habeat partiuꝫ coherentiā. ❡ Conū. Idest a lato īcipit:ꝛ tēdit in acutū in modū galle. ❡ Locus. Est fundus eius: id ē in īferiori ꝑte ꝯsistēs. ❡ Cōstātia. Idest eiꝰ ꝑmanētia ꝑ multos dies. ❡ Albū ꝯtinuū. Hic ponit̄ descriptio bone hypostasis: ꝛ q̄d hēat significare ondit. ❡ Albū. In colore. ❡ Cōtinuū. Quātū ad subam. ❡ Residēs. Quātū ad locū. ❡ Constātia. Quātū ad tp̄s. ❡ Pineatū. Nō ad pini:sed ad pinee formā refertur. ❡ Bona digestio. Nō q꞉ alba. albedo.n. nō sufficit ad insinuādū ꝑfectā digōnē: posset nāq; album:ꝛ impulsuꝫ:ꝛ diuulsum appere. sed bona digestio significatur ex eo:qđ est albū cū alijs sequētibus dr̄ntijs. ❡ Uirtus digōnis viget triplici motu. Triplex est motus nāe in 3a distōne .s. alteratiuus:qui fit in dealbatiōe nutrimēti. localis qui fit in ꝯglobatione ꝛ ꝑtiū trāspositiōe:ꝛ eēntialis:q̄ fit per alias dr̄ntias:que subnotantur vel ꝯiugantur. ❡ Albificat. Ecce alteratiuus motus. ❡ Mundat: ꝯdēsat ꝛ vnit. Ecce localis ꝛ essentialis. ❡ Uentosuꝫ calor. Quod significat̄ per ꝯtinuitatē .i. per consistentiā hypostasis repellit per vaporē. ❡ Nec nō. Quod significat̄ per continuitatem ꝛ consistentiā hypostasis.

❡ De sedimine qđ deficit in dr̄ntijs bonis.

Ledit ꝛ incrudat sedimen qđcunq; priorum.
Dissonus ꝛ varius faciens discrimina motus
Seruatis reliquis si pendeat:aut petat altum
Flamine ventoso digestio lesa probatur.
Saluo iure loci seruata lege coloris
Uis ventosa mouet sedimen compage soluta.

❡ Expositio. ❡ Supiꝰ posuit auctor q̄nq; dr̄ias sedimīs laudabilis. hic determīat de hypostasi recedēte a laudabili ꝛ dicit:ꝙ sedimē qđcūq; deficiēs in aliq̄ p̄dictaꝝ q̄nq; dr̄iaꝝ inquātuꝫ deficiet:intm̄ deficit a laudabili sedimine. vbi gr̄a. Sedimē in colore albū ꝛc. deficiens ꝑm locuꝫ:ex̄ñs nebula vel nephilis deficit:ꝛ recedit a laudabili hypostasi. per hoc.n. significat̄ vētositas scđe digōnis: ꝛ iō rōne vētositatis impellentis petit supiꝰ:ꝛ efficitur nebula vel nephilis. ❡ Et iō notādū:ꝙ hypostasis ꝑm tria loca:q̄ occupat in vrina tres accipit denoīatiōes. Si igit̄ occupat fundū dr̄ sedimē. si mediuꝫ dr̄ nebula:vel eneorima .i. q̄si dependens:ꝛ si supius sit impulsa rōne maioris vētositatis fortiꝰ impellētis: nephilis appellat̄. et sic hypostasis inquātū elōgat̄ a nāli efficit̄ īnālis. ❡ Saluo iure loci. Si hypostasis ꝑuet locū ꝛ colorem .s. ꝙ sit alba ꝑm colorē:ꝛ in fundo ꝑm locū:ꝛ hēat substātiā diuulsaꝫ ꝛ nō ꝯtinuā est innālis hypostasis:ꝛ vituperabilis:ꝛ significat tertiā digestionē turbatā fuisse ex ventositate. Expō.

❡ Cōmētū. ❡ Ledit. ❡ Specificauit auctor bonū ꝛ legitimū sedimē cū suis dr̄ntijs ꝓprijs ꝑm locū: colorē: substātiā:tp̄s:ꝛ formā. Nūc ostēdit:ꝙ si sedimē peccet in aliqua istaꝝ dr̄iarū: vel ꝑm aliquas est illaudabile:ꝛ preter nām. Si eniꝫ seruato colore ꝛ ꝯtinuitate mutetur locus: ꝛ fiat eneorima vel nephilis illa: vituꝑabilis est:q꞉ significat secundā digōnē nimia vētositate esse impeditā. Si vō ꝑuet̄ locus ꝛ color: vt sit albus:ꝛ subsidens:ꝛ substātia ꝑmutet̄: vt in cōtinua fit ꝛ diuulsa: vituperabilis est:q꞉ significat 3e digestionis ꝑturbationeꝫ fieri ex vētositate: vt vētositas incidens sediminis cōpaginē ꝛ ꝯtinuitatem remoueat. ❡ Quodcūq; p̄oꝝ. Idest quecūq; mutatio facta a p̄oribꝰ dr̄ntijs. ❡ Faciens discrimina motus. Idest faciēs sedimē differre a laudabili sedimine. ❡ Motus dissonus ꝛ varius. Propter mutationeꝫ factā in ꝯrio talis motus siue talis ꝑturbatio ledit:ꝛ īcrudat sedimē .i. vitiosuꝫ ꝛ īfame ondit. ❡ Seruatis reliq̄s. Idest colore Cōmē.

⁊ suba. ¶ Si pendeat. Idest fiat eneorima. ¶ Aut petat altum. Ut fiat nephilis. ¶ Saluo iure. Idest ꝑmanente substātia: ⁊ albedine perseuerante gnāta in 3ª digestione. ¶ Uis ventosa. Gnāta in 3ª digestione. ¶ Mouet. Idest diuellit: ⁊ ꝯtinuitatē interruptā significat: ⁊ ne ꝑ hunc motum intelligat impulsionem; ⁊ non disgregationem subiungit. ¶ Compage soluta. Idest discontinuata.

¶ De sedimine rubeo ⁊ subrubeo.

¶ Subrubeū qm̄ de sanguine ꝯstat aquoso
Est peius rubeo. quāuis vicinius albo.
¶ Designat rubeuȝ: ꝙ longa sit eucrita febris
Cum sit causa mali nature filius humor.
Leuis ⁊ excoctus: resolubilis: ac moderatus.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Cōparat auctor sedimen in colore rubeū ad subrubeū dicens: ꝙ sedimē subrubeū est vituperabilius rubeo sedimine: cuius rō: qꝛ sedimen subrubeū hēt fieri ex sanguine aquoso: ⁊ aliq̄liter indigesto ⁊ crudo. iō significat cruditatē m̄ae: ⁊ per ꝯn̄s longitudinē morbi: et per ꝯn̄s ex morbi longitudine minat̄ defectuȝ virtutis. ¶ Quāuis vicinius. Licet sm colorē appropinquet magis sedimen subrubeū ad albū q̄ȝ ipsum rubeum in digestione: tn̄ magis est elongatū a bono. vt dicit̄ in cōmēto. ¶ Designat. Determīat de sedimine rubeo: ⁊ dicit ꝙ inter oēs spēs sediminis: post sedimen laudabile melius est sedimen rubeū: qꝛ tale fit ex sanguine bono ⁊ bene digesto: qui aptus est faciliter conuerti in subam membrorū in 3ª digestione: ⁊ ita significat̄ egritudo bn̄ terminabilis ⁊ salubris: sed tn̄ longa: rōnes patent in cōmento.

Cōmētuȝ. ¶ Cōmentū. ¶ Subrubeū. Subiungit de sedimine subrubeo: qđ videt̄ ꝯ nām: ꝙ sedimen aliqđ sit subrubeū: vł alterius coloris q̄ȝ albi: maxime cuȝ sit sup̄fluitas 3ᵉ digestionis decise a nutrimēto membroꝝ. Nā membra alba sunt: ⁊ nutrimentū ipsuȝ albū est. Et qđ ab ipso nutrimēto decidit̄: đbet esse albū: qꝛ nullū sedimē debet esse alterius coloris q̄ȝ albi: quid est ǧ ꝙ auctores dicūt ꝙ aliqđ sedimē est rubeū vel subrubeū. Rn̄demus: si sedimē est sup̄fluitas 3ᵉ digōnis: ꝯcedimus sedimen esse albū. Sed q̄nq̄ȝ nomine sediminis q̄dā vaga ⁊ cōi significatiōe ītelligimus id: qđ in fundo vrine residet: siue sit humor crudus: siue sanguis: siue putredo: siue sanies: vel globositas arene: ⁊ sm talē intelligentiā aliqđ sedimē dr̄ esse rubeuȝ vel subrubeū. Subrubeū sedimen dr̄ esse malū: qꝛ significat̄ factuȝ esse ex crudo ⁊ aquoso sanguine. vn̄ ꝯtinuat̄ ꝓlixitas egritudinis ꝓpter m̄aei cruditatē. Sed tn̄ non minat̄ periculū: qꝛ fit de sanguinea m̄a: que tēperata est respectu aliaꝝ. ¶ Sed mirū est ꝙ auctor dicit. Subrubeū peius est rubeo. Nā albū sm se maxime est bonuȝ. rubeū vō magis elongat̄ ab albo q̄ȝ subrubeuȝ. et subrubeū mediū est īter rubeū ⁊ albū. Nec pōt fieri trāsit⁹ de rubeo in albū: nisi per subrubeuȝ ex mediata digestione. ergo cū subrubeū ꝓximius sit albo q̄ȝ rubeū: minus malū est q̄ȝ rubeū: lȝ dicat auctor ipsum esse peioreȝ rubeo. ¶ Ad hoc dicim⁹: ꝙ subrubeū sedimen a nā decoctiōis magis elongat̄ ab albo q̄ȝ rubeū. non. n. fit subrubeum mediāte digestione albi vel rubei. sed potius ex crudo ⁊ aq̊so sanguine: qui ꝑꝑ cruditatē suā nō potuit ꝑfecte excoqui: ⁊ rubificari: neqȝ etiā sibi omnino sanguineā specieȝ adaptari. Rubeuȝ aūt sedimen ꝓpinquius est ⁊ affinius albo: qm̄ sanguis qui tn̄ ꝑcessit: decoct⁹ est: ex qua decoctione facta pōt de facili membris assimilari. ¶ Quāuis vicinius albo. Istam viciniratem intellige sm colorem tn̄: ⁊ nō sm digestionis mediationē. ¶ Designat rubeū.

Quomō sedimē sub.rubeū dicat̄ peius rubeo.

Determinat de rubeo sedimine: ꝙ post album inter spēs sediminis laudabili⁹ est: ⁊ ꝯuertibilius: significat tn̄ longā egritudinē ꝓpter abundātiā m̄aei ⁊ ꝓpter cruditateȝ. ¶ Eucritā. Idest bene determinabilē ꝓpter sui tēperantiā. Fit. n. de sanguine puro ⁊ sincero: q mēbris est amicabilis. Nā mēbra dulcia sunt: ⁊ sanguis est dulcis: ⁊ de tali sanguīe mēbra nutriunt̄. ¶ Eucritā. Idest bene digestibilē ab eu: qđ est bonū ⁊ crasis. vnde discrita ꝯriū significat. ¶ Filius nāe. Propter amicabilitatē: quā hȝ cū mēbris: ⁊ est descriptio sanguinis. ¶ Leuis. Qꝛ mulcebres hȝ q̄litates: ⁊ substātiā mollē ⁊ feruentē. ¶ Excoctus. Id est digestus: qđ īdicat mediocritas sube. Nam si eēt crudus: exiret aquosus: si adustus grossus. ǧ qꝛ bene est coct⁹ ⁊ legitime digestus. iō mediocris. ¶ Resolubilis. Idest aptus resolui ⁊ digeri in 3ª digōne: ⁊ hoc ꝓpter habilitatē suaꝝ q̄litatum. est. n. calidus ⁊ humidus: que qualitates fauent digōni. ¶ Moderatas. Hoc pōt referri ad temperātiā q̄litatū: vel ad temperātiā q̄ȝtitatis. De q̄litatib⁹ constat. sed moderātia q̄ȝtitatis necessaria est. Est autem hec moderātia ⁊ ꝓportio in mundificatione q̄ȝtitatis: vt in duplo magis sit de sanguine in humano corpore q̄ȝ de flegmate: ⁊ in duplo plus de flegmate q̄ȝ de colera: ⁊ in duplo plus de colera q̄ȝ de melācolia: ⁊ hoc māifestū pōt eē diligēter intuēti.

Proportio humorū in corpe.

¶ De sedimine nigro.

Nature funestat opus: culmenqȝ vigoris
Altius euertit sedimen nigre speciei.
Qđ sūmū tenet aut mediū min⁹ est vitiosum.
Hoc tamen offendit̄ in pluribus illud in vno.
Plus nūero peccat nephilis nigra: nō iō plus
Plus peccat sedimen nigrū: ȝ nō nūero plus
Defectum numeri cause violentia pensat.
Aggrauat: ⁊ cumulat mala circūstātia mōbū.

Expō. ¶ Expositio. ¶ Determīat hic auctor de sedimine nigro. Et dicit: ꝙ inter oēs spēs sediminis deteri⁹ ⁊ vituperabilius est sedimē nigrū: qꝛ significat mortificationē ⁊ euersionē caloris vel vigoris. Sediminis nigri tres sunt spēs sm tria loca: que occupat in vrina: videlȝ funduȝ: aut mediū: aut superius. ¶ Qđ summū. Dicit hic: ꝙ sedimē nigrū: qđ appet in medio vrine: vel in sup̄iori ꝑte vrine nō significat tn̄ malū: q̄ȝtū sedimen in fundo exn̄s: qđ q̄deȝ fit in fundo exn̄s: est in vltimo: illaudabile: ⁊ maluȝ est. ¶ Hoc tn̄. Hic dicit: ꝙ sedimē nigrū exn̄s in medio vrine: vel in sup̄iori ꝑte in pluribus drn̄tys peccat: qꝛ in colore: cū sit nigrū: in loco cū sit altū. Sedimen nigrū in fundo solūmodo peccat in vna drn̄a. s. in colore soluȝ. in loco vō non: qꝛ tenet locū debitū: ⁊ legitimū sediminis n̄alis. Sermo auctoris ꝯtinet falsitateȝ. ex hoc qđ dicit sedimē nigrū in fundo solū peccat in vno: qꝛ sm veritatē peccat in multis. s. in loco. in substantia: ⁊ in colore. In loco: qꝛ si esset in medio vrine: nō tn̄ esset malum. peccat ergo sm locum. et ipse dicit ꝙ legitimū locū tenet: qđ est falsum. Peccat in substātia magis q̄ȝ suspēsum vel altū. Illud sedimē nigrū qđ est in fundo: qꝛ est substātie spisse ⁊ terrestris: que nullo mō potuit subtiliari a calore. ⁊ iō magis peccat ī substātia. Egidi⁹ vō istud nō ꝯsiderauit. Peccat etiā in colore. vt dcm̄ est. Non ergo peccat solum in vno nigrum sedimen in fundo. sed peccat in multis: ⁊ sic concluditur: ꝙ inter omnes species sediminis deterius est sedimen nigrū: ⁊ adhuc magis: qđ est in fundo nigrum. Et ista sufficiāt de considerationibus vrinarum.

¶ Cōmentum.

¶ Postq̄ expediuit tractatū de significationibꝰ triū generū: que attendunt̄ ſm ꝓprietatem motionis arterie. Cōsequenter continuat de significationibus alioꝝ triū: que pertinēt ad ꝯsistentiā organi. Prius aūt de duro pulsu et molli ⁊ mediocri. Aut ergo est durus naturaliter: aut preter naturam. Durus naturaliter significat siccitatem vasculoꝝ: ⁊ duritiem ⁊ tensionem arterie ex siccitate naturali: siccitatē cordis: austeritatez mentis ⁊ pertinaciā. Durus preter naturā fit ex humoribus sanguinolētis vel colericis in quedā membra ꝯfluentibus: ⁊ faciētibus in eis ex nimia repletione tensionem venarum ⁊ arteriarum: ⁊ partium neruosaruz. Unde in sufflationibus partiū neruosarum ⁊ arteriosarum propter fumi conclusionez: propter opilationem pororum: propter tensionem nimiaz et impressionez occurrunt durities: paruitas: debilitas: spissitudo: velocitas: ⁊ quandoqz serrina inordinatio. Durus est extensione: paruus ex duritie organi: ex defectu virtutis arterie propter duritiem nimiam dilatari nequeūtis. ideoqz omnis durus: paruus; velox. et spissus ex multa necessitate refrigerij. Cuz enim virtus debilis semel ſm q̄ opz trahere non possit: necesse est frequenter repetere: qđ vno ictu nequit implere. Inordinatio ⁊ diuersitas ex angustia virtutis: que valde afflicta ⁊ occupata non pōt ordinem seruare: sed modo magis: modo minus dilatat

Pl̄sus apatum.

ſm motionem ⁊ estuationē cause. ¶ In huiusmodi aūt apostematibus pro diuersis temporibus eorum pulsus variant̄. In principio enim minor est durities: maior fortitudo: ⁊ maior pulsus est in quātitate: nec tñ est inordinatio. In initio paruum est apostema: ⁊ modicam facit tensionem partium: ⁊ virtus adhuc fortis est: ⁊ potest vascula melius dilatare. Calor magnus est. vnde velox pulsus est ⁊ spissus. Inordinatio ē ꝑua: q̄ arterie durities ē modica: ⁊ v̄tus nō est adeo opp̄ssa. Hec accñtia sunt ſm ꝓcessuz aliquoꝝ tēpoꝝ. i. augmēti ⁊ statꝰ ⁊ maiorant̄: ⁊ maxime intēdit̄ ille: q̄ plenitudinē ꝯcomitat̄: q̄ cā duritiei. i. tēsio arteriaꝝ maior est ex maioratione apatis ⁊ maiori cōpressiōe ꝑtiuz: ⁊ vaporis ꝯstipatiōe. In declinatiōe enī ꝯdescēdit apa: ⁊ ꝯdissoluit̄ hūor: ⁊ apa finit̄: pulsus ad sani q̄titatē reducit̄.

In apatibꝰ duris.

¶ Ex dissipatiōe aūt subtiliū humorū: ⁊ iduratiōe grossoꝝ apatū duroꝝ ⁊ ꝯstipatoꝝ: pulsus durior ⁊ subtilior efficit̄: q̄ organa in latitudinē ⁊ ꝓfunditatē ex sua duritie nō dilatant̄. Minꝰ velox est ⁊ spissus: q̄ calor minor est: q̄ tāta refrigeratōe nō idiget: sicut ꝑus. Uñ si ꝑseueraret tale duꝝ post dissolutionē māe piculū sig̃nat: q̄. s. indurationē apatis ad dissoluēdū difficilem: ⁊ sic ꝓlongationem morbi: ⁊ nature defectū sig̃nat.

In apatibꝰ cerebri.

¶ Si apa est in mirigis cerebri: sicut est frenesis: fit pulsus durus: ꝑuus: velox: fortis: spissus: durus: q̄ i neruosis locis fit apa. q̄re ꝑuus vel spissus pz ex p̄dictis: sz aliquātulū fortior est q̄ in alijs apatibꝰ: q̄ in his ē fortior v̄tus. Uñ qdā morbidi i his morbis cito erigunt̄: ⁊ ꝑcussores ⁊ garruli fiūt: ⁊ vix ab hoibꝰ pñt teneri: q̄ ex collisione vel corruptiōe mētis ꝯseq̄t. Inordinatio fit ex incōuenienti dilatatiōe orgāi cū duritie effusiōis ⁊ fortitudine v̄tutis. vñ fit vt pars dilatet̄: ps v̄o nō minor est durities pulsus ex apate epis q̄ eiꝰ: qđ est in locis neruosis: q̄ hec mēbra nō sunt tāte duritiei: nec tātas faciunt tēsiones: vt mēbra neruosa ⁊ arteriosa.

In apatibus cordi ꝓpinquis.

¶ In locis cordi proximis apata faciūt pulsus siles eis: que fiūt ex apate facto in locis arteriosis. nā vene epi: ⁊ arterie assimilant̄ cordi.

In apatibus colericis ⁊ melācolicis.

¶ Ex apate colerico maxime fundato in mēbro nobili vt cerebri pāniculis: vel diafragmate: vel circa cor: q̄ in corde apa fieri non pōt. vñ si fit in epe vel stōacho fit pulsus valde durus. Si fiat in alijs mēbris: sicut in pede vel in manu nisi in locis arteriosis non tanta est durities. ¶ Ex apate melācolico in eisdē mēbris est in pulsu durities ⁊ subtilitas.

Squinantia.

¶ Sq̄nātia: q̄ fit in lacertis gutturis: q̄ ꝑtiz neruosi ⁊ cordosi sunt: facit pulsuz: duꝝ ⁊ thetanosum: ⁊ serratuz paruuz: debilē: spissuz: ⁊ q̄re ex p̄dictis pz. Si talis pulsus ex tali egritudine augmētet̄ in duritie ⁊ thetanositate: et in serrature diuersitate spasmū futuruz denuntiat: q̄ ex apate crescēte patit̄ neruus: ⁊ ex neruis cerebꝝ ꝑꝑ colligātiā neruoꝝ ad ip̄m. vñ nec̄e est: vt spasmꝰ cōcreet̄. Qđ si eadē ꝑmanēte duritie vt ex thetanositate in raritatē decidat: patiēs suffocari vel debilitari sig̃nat̄. Fit. n. talis raritas ꝑꝑ ꝯgelatiōez caloris nāl̄is.

In pleuresi.

¶ Pleuresis ex colera rubea facit pulsum durū ⁊ valde spissum. et talis pulsus in pleuresi sig̃nat colerā rub. esse in cā. Humorē eniz causticū sig̃nat valde mobilez: ⁊ valde furiosum. vñ aut ꝑipleumoniā sig̃nat: aut syncopim futurā ꝑꝑ instabilitatem ⁊ subtilitatē māe ꝑipleumonie. si in peripleumonia mutat̄ in syncopi. Si ad cor maniā vel defectionē: qđ fit ex vicinitate cordis vel pulmōis ad locū morbi. Qz si in pleuresi fit parua spissitudo: ⁊ remissa durities: significat pleuresim fieri de mā flegmatica: ⁊ nūtiat futurā alienationē mētis: vel apoplesiā nūtiat futurā. Fumus. n. frigidus ⁊ humidus ad cerebrū ascendens hos morbos facit.

In empimate.

¶ Empima añ dissolutionē māe pulsum facit durum ⁊ valde serrinū: velocē: spissum. Si mā in putredinē mutatur: digerat̄: ⁊ emittat̄ mā inde patiente pulsus fit mollis latus: debilis: rarꝰ: ⁊ mollis ⁊ latus ꝑꝑ materie humiditatē in mēbris. debilis ex subita inanitione. rarus ex magno desiderio trahēdi aerem.

In ptysi.

¶ In ptysi siue fiat ex calido apate pectoris. vñ hūiditas ex vicinitate cordis exiccat̄: ⁊ arterie ⁊ fundamēta pectoris simpl̄r desiccant̄: siue ex mala ꝯplōne calida ⁊ sicca in toto corꝑe: in qua ꝑmanēte siccitate ꝓpter vsum calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ in frigiditatez mutat̄: ⁊ humiditas subalis corporis desiccatur. Fitq̄ q̄si decrepitū corpus: fit pulsus durus: debilis: paruus: debilis q̄ deficit ex tꝑe lōgo virtus: paruus ex defectione v̄tutis in organis dilatādis. durus ex defectione ⁊ desiccatiōe totius corporis. velox spissus ꝓpter necessitatem refrigerij.

In ore stōi.

¶ Apostema calidum in ore stomachi facit pulsum durū: thetanosuz: spissuz: velocē: serrinū: q̄ serrinus declarat̄: posteriꝰ thetanosuz ex neruositate: debilē ex defectiōe v̄tutis: que defectio si ꝓlongat̄ facit pulsum tardū raꝝ. Apostema stōachi frigidū pulsuz facit durū ⁊ debilē ⁊ paruū.

In tympanite.

¶ Tympanites pulsuz facit durū: thetanosum spissuz: durum ex siccitate: spissum ex defectione virtutis.

¶ De pulsu duro in pleuresi.

Pulsus durities in pleuresi pernitiosa.
Arida materies terrestris: cruda probatur.
Solui difficilis: ex quo discussio morbi
Protrahitur: vis opprimitur: natura fatiscit.
Vitaqz succumbit longo lassata duello.

¶ Quia

¶ Quia cum possit fieri de sanguine raro de flegmate: et sepe de colera: propter duritiem pulsus: ꝛ spissitudinē significat: ꝙ sit pleuresis de colera: que de hac materia facta ꝑiculosior est ꝓpter mobilitatē materie: ꝛ furiositatē ꝛ facilē ꝯuersionē in ꝑipleumoniā ꝑꝑ loci ꝓximitatē. Significat etiā durus pulsus nimiā tēsionē organoꝝ ex ariditate ꝛ multitudine mãe. Unde morbi ꝓlixitas de defectione nature ostēdit. ita dico si ꝑseueret in duritie.

¶ De signãtiōibꝰ pulsus mollis ꝭm nãm.

In pulsu cui mollitiem natura ministrat
Cordis ꝛ arterie pariter substantia mollis
Corporis inuit crassis: hūida: mēs muliebris.
Cerea: flexibilis: pia: blāda: parūqꝫ fidelis.
¶ Aduena mollities: quā synthomaticꝰ vrget.
Impetus humores dissoluit vasa remollit.

¶ Sequit de molli pulsu. Mollis itaqꝫ ꝭm naturam significat humiditatem corporis mollitiem organorū naturalē: que ex humida crasi cordis remolliunt: quantū ad mores significat muliebritatē animi: mentem ceream ꝛ flexibilē: piam ꝛ infidelē: qꝺ totum ex humiditate contingit: que maxime īter q̄litates peior: ꝛ pessima: ꝛ mutationi habilior est. ¶ Aduena mollities. Quia significat mollitiē preter nãm. Pulsus mollis preter naturā significat humide nature abundantiā: ꝛ eius dissolutionē preter naturā. vnde organa humectantur: humectata remolliunt. Ex apostematibus q̄ flegmaticis maxime si fiāt in locis carnosis: ꝛ nãliter hūidis pulsus fit mollis. Unde in apoplexia ꝛ lytargia pulsus est mollis: ꝛ etiam tardus rarus: ī diuersitate estuosus: quia flegmaticus humor in cerebro abūdat ꝛ nascitur. vnde de membris alijs ad ipꝫ trāsmittitur. Ipsum quoqꝫ cerebrum humidū est de natura: quia humores facti sunt ex multa humiditate: pulsus debilis debꝫ esse tardus: rarus ex debilitate virtutis: cum multa humiditate: diuersitas est estuosa.

¶ De pleno pulsu.

Copia spirituum per plenum plena notatur.
Sanguinis eluuies vberrima vasa replentis.

¶ Exequit de significationibus q̄nti generis: qꝺ consistētie organi ꝑtinet. i. pleni ꝛ vacui. Plenus igit multitudinē sanguis in ꝯcauitate cordis recepti significat: quo sanguine in fumū ꝛ vaporē resoluto mouet cor ꝛ arterie mouent. Et talis appet in patiētibꝰ synochū ꝛ synochā inflatiuā: ꝛ laborātibꝰ de repletiōe hūoꝝ aquosoꝝ. ¶ Et nota ꝙ oīs plenꝰ est latus: cū ex eadē cā ꝯtingat plenitudo ꝛ latitudo. s. ex abūdātia humiditatis. ¶ Sed sciēdū ꝙ si flegmaticꝰ hūor nimis abūdet in corpore: ꝛ maxime extra vasa: paucificat sanguis. Ex sanguis īdigētia in vasis ꝑꝑ flegmatis multitudinē nō occurrit pulsus plenus.

¶ De vacuo pulsu.

In vacuo vene sitiunt. vegetabilis aure
Uis absorta perit: viui fons sanguinis aret.
Quem bibit ariditas peregrini lima caloris.

¶ Agit h̄ de significationibꝰ vacui: q per ꝯtrium rn̄det pleno: ꝛ ꝯtrijs signãtionibus describit. Uacuꝰ itaqꝫ pulsus significat indigētiā sanguis: ꝯsumptionē humiditatis: ꝛ defectionē spūū. vn̄ qn̄ digiti applicant sup arteriā: statim arteria cedit cōpressioni: ꝛ nullā humiditatē interiꝰ ꝯclusam supius reddit vel redūdat. sed statim pulsus ꝓpter inanitionē sui organi q̄si vacuus euanescit. Uacuus aūt pulsus: aut est cū caliditate: aut cū friditate. Si cū caliditate vehemēti: signãt euēire synthesim ꝛ ethycā. Si cū friditate signãt extinctionē caloris nãlis: qꝛ friditas instantiā mortificatiōis: vacuus deꝑditionē spūū ꝛ substantialis hūiditatis denūciat. In litargico ēt appet vacuus: qꝛ exuberat a flegmaticoꝰ humore rapto superius. vnde fit litargia: ꝛ diminuto sanguine in venis ꝑꝑ defectionē digestionis ex multiplicatiōe alteriꝰ humoris in arterijs: pulsus vacuus occurrit: non h̄ agit ꝭm nãm de pulsu vacuo: qꝛ oīs vacuitas innãlis est: cū sit ex defectiōe humorū ꝛ spūum. ¶ In vacuo pulsu vene. Que sunt vasa sanguinis. ¶ Sitiūt. Idest inaniunt: ꝛ desiccant ꝑꝑ indigētiā sanguis ꝛ cōsumptionē. ¶ Uegetabilis. Idest vitalis spūs: cuius est adiuuare: ꝛ vegetare mēbꝝ. ¶ Fons viui sanguis. In quo q̄si quodā fonte membra potant: humectant ꝛ recreant. ¶ Lima caloris. Idest cos ꝛ irritamētū incēsionis in hūano corꝑe. Sicut. n. ꝑ cotē ferrū acuit ꝛ ꝑ limā acutiꝰ ꝛ magis incisiuū reddit: sic ꝑ siccitatē calor īnãlis feruidior efficit: qꝺ appet in lignis aridis: que magis obediūt īcensioni q̄ si eēnt viridia. Febris ēt q̄ fit de eo acutior ē q̄ illa: q̄ de alio hūore fit. vn̄ hoc nō fit nisi ꝑ limā siccitatis. In litargia pulsus vacuꝰ

¶ De calido pulsu ꝛ frigido.

Et calidus cuius mordax punctura perurit
Continue digitos: index est febris acute.
Si calidus digitos interuallariter vrens.
Interuallaris atqꝫ induciosa vocatur.
Est ethyce testis calidus vacuo sociatus.

¶ Exeqtur de signãtione sexti generis: qꝺ est calidū ꝛ frigidū: ꝛ hoc silr ad ꝯsistētiā organi ꝑtinet cū duobus precedentibꝰ. Calidus itaqꝫ signãt caliditatē organi ꝛ distēperãtiā spūū ꝛ humoris fluētis in ipsis arterijs. Sꝫ pulsus calidus: aut est calidus a sanguie: aut a colera: vel ex calore infixo mēbris ꝯsumente ꝛ bibēte sanguinē in venis. Si. n. calidus est ex sanguine: dꝫ cōcomitari plenitudo: mollities: magnitudo īter velocē ꝛ frequentē mediocritas. plenitudo ex vasoꝝ repletiōe. mollities ex sanguinis humiditate: magnitudo ex magna sanguinis resolōne in fumū ꝛ spm̄. Inter velocē ꝛ frequentē mediocritas ex mediocri necessitate habende refrigerationis. Humiditas nãqꝫ sanguinis est ꝯtemperamentū ardoris: ꝛ indigentiā refrigeratiōis cōpescit: sed si calidus ex colera sit discernit ꝑ gracilitatē ꝛ duritiē: ꝑ frequentiā ꝛ alia accn̄tia: que apꝑent ī corꝑe ꝯcomitãtia. Si est ex calore insito mēbris dꝫ esse vacuitas: ꝛ ethycā ꝛ ptysim significat. ¶ Itē alia fit diuisio calidi pulsus. Nã calidus alius ꝯtinue calidus vrens ꝛ mordēs in appōne digitoꝝ: ꝛ signãt ꝯtinuā. Aliꝰ īteruallariter ꝛ īterpollatiue: ꝛ sine pūctione ꝛ mordicatione digitoꝝ: ꝛ significat interpollatam.

¶ De pulsu frigido.

Spirituum probatꝰ occasum: viteqꝫ lucernā
Celat: ꝛ extinguit gelidus spiramina cordis.

¶ Exeqt de signãtiōibꝰ fridi pulsus. Frigidus signãt extinctionē calidi nãlis: annullationē spūum: mortificationis eminētiā. Nō ꝯsulo: ꝙ medicus stet circa egrotū: qn̄ apparet talis pulsus. tunc enī crux ꝛ luminaria: ꝛ ciuis: ꝛ cilitiū: ꝛ aq̄ benedicta suū debent habere locū. ¶ Occasum. Idest defectum. ¶ Lucernam. Idest vitalē spirituum: q est lucerna microcosmi.

¶ Incipit tertia particula de significationibus aliorum generum.


Espirare licz modicū tirūcula clio.
Mulcebris instaurat fessas recreatio vires.
Jam satis est: nunc tolle moras: succinge regressum.
Accipe: sed caueas pedibus ne scandala fiant.
Deuius est calor. ⁊ milia multa supersunt.
Excubat interius forsan clandestinus hostis.
Inuidie celebrata lues: formicula fame
Pessima pro puris spargens zizania granis.
Ut sit processus securior: ⁊ tibi parcat
Inuidus: ⁊ fatui veteris ludibria vulgi.
Uerba musandino maneant condita sapore.
Omnibus equiuoci titulum pretende salerni.
Presulis alfani claro signata sigillo.

¶ Aggredit̄ auctor noster tertiā distinctionē sui operis: in qua exequitur de significationibus alioꝝ geneꝝ: ⁊ ponit distinctiōes eoꝝ quorūdā: quos in secunda partitione nō posuerat. Premittit aūt ꝓlogū: in quo musam suā alloqtur: eamqz ex presenti opere fatigataz inuitat ad recreationē quietis. ¶ Tirūcula. Idest rudis ⁊ nouella. ¶ Jā satis est. Sz qr requies diuturna parit desidiā ⁊ eneruat vigorem: statim iubet eaz interrumpere quietem añquā opus inceptum aggrediatur. ¶ Ne scandala. Idest cuz pedes intendas ⁊ veharis pedibus metrice orationis caueas: ne aliqđ offendiculū pedibus tuis occurrat. ¶ Milia multa supersunt. Idest miliaria multa restant ad pergendum. i. diuersa capitula ⁊ diuerse regule: que restant tandē de generibus pulsuum: per quas regulas quasi per certam viā ⁊ semitā peragrare debet intellectus tractantis. ¶ Excubat. Hic auctor noster monet musam suam: ꝙ sibi caueat ab adulatoribus ⁊ detractoribus: qui bene dicta alioꝝ dente canino ⁊ satyrico corrodēt: ⁊ q̄ scire nō possunt: vl' facere quadā malignitate animi defraudāt: ⁊ laudes alioꝝ in se in fundata tituli mutatōe cōuertunt. spargunt: ⁊ semināt nigellaz inuidie: ⁊ zizaniā detractionis: vbi deberēt seminare ꝓciū laudis ⁊ fauoris. ¶ Musandino sapore. Idest sapidis ⁊ sentētiosis auctoritatibꝰ Petri musandini q fuit patronus ⁊ supremus opifex huius facultatis: qui aliuz nō habuit parem: nec habiturus est sequentē. ¶ Equiuoci salerni. Salernū equiuocū est ad ciuitatem: ⁊ ad magistrum huius artis preceptorem. ¶ Alfani. Idest illius summi magistri ⁊ vnici ī physicali sciētia. ¶ Presulis. Idest archipresulis salernitani tantis confisa patronis potes malignis hostibus obuiare.

¶ De sigñationibus frequentis pulsus.

Qui recolit: replicatqz suum sepissimus ictuz.
Ex vi contrahitur fragili: fortiqz calore
Cordis adoptiuus vapor: vt possit recreari.
Sufficiens possit spiramine mulcebris aure.
Ne simul huic detur quātū sibi competit aer.
Uis oppressa negat. igitur perplexa rependit
Multiplici numero: qđ iam formauit in vno.
Crebraqꝫ defectum quāti repetitio pensat.

¶ Exequit̄ auctor noster de significationibus aliorum generū: que restant a sex predictis. Et primo expedit significationes frequentis ⁊ rari pulsus: qđ est septimum genus: ⁊ perpenditur ex tempore quietis: qđ est inter duas diastoles: sicut in prima partitiōe dcm̄ est. Frequens itaqꝫ pulsus significat fortitudinē ⁊ vehemētiā extranei caloris: ⁊ innaturalis: ⁊ debilitatē: ⁊ afflictionez virtutis: qr fortis est calor: ⁊ multa indiget aeris attractiōe ⁊ refrigeratione. vnde multa instat necessitas humide refrigerationis ⁊ euentationis ad tēperamentuz feruoris. Si virtus debilis ⁊ afflicta nō pōt sufficienter aeris quātitatez vno ictu attrahere q̄ꝫtuz expedit necessitas ardoris. ğ necesse est: ꝙ numerosa ⁊ frequēti actiōe restauretur ⁊ suppleat̄ qđ defecit in quantitate vnius attractionis. ⁊ ideo causis ꝓdictis concurrentibus. i. forti calore ⁊ debili virtute frequens accidit pulsus. Si v̄o fortis virtus cuz forti calore concurrant. iuxta necessitatez ardoris fortis virtus trahet sufficientē aeris quātitatem. ⁊ tunc non fit frequens pulsus. sed inter raritatē ⁊ frequētiaz mediocris. ¶ Sepissimus. Idest sepissime iterās motionē. ¶ Adoptiuus vapor. Idest calor exᵗneus ⁊ innālis: quē cor adoptat illata sibi violentia ex febre: vel exercitio: vel apate: vel quacūqꝫ cōpressione: vel imutatione. ¶ Mulcebris aure. Idest aeris: cuius attractiōe interiora demulcent̄. ¶ Qđ iā formauit in vno. Idest q̄ꝫtitate vniꝰ attractōis.

¶ De significationibus rari pulsus.

Debilis in raro calor est: īfirmaqꝫ virtus.

¶ Ostēdit cās ⁊ sigñatiōes rari pulsus ⁊ dicit: ꝙ rarus pulsus sigñat debilitatē caloris: ⁊ infirmitatē v̄tutis: qr debilis est calor: nō restat multa necessitas aeris attrahēdi in multa refrigeratiōe. Uirtꝰ ēt q̄ꝫuis īfirma sit iuxta debilitatē caloris: aerē pōt sufficiēter administrare ad tēpandū vna attractione. sed ɔ̄riū iuenit̄ in pātegni. Dicit eni Cōstantinꝰ raꝝ pulsuz fieri ex v̄tute debili ⁊ forti calore. Et Philaretꝰ dicit: ꝙ rarus pulsus fit ex debili calore ⁊ infirmiori v̄tute. Solutio dubij est. Qr dicit Cōstātinꝰ raꝝ pulsum fieri ex debili v̄tute ⁊ calore forti: hoc dicit respectu quorūdā sanoꝝ corpoꝝ: que ꝑ frigidā disponunt̄ cōplexionē ⁊ ꝙ debilitate caloris modica egēt refrigeratione. Et v̄tus eoꝝ cū sit fortis: qr sana sunt corpora: ⁊ nulla egritudine oppressa vno ictu p̄nt sufficiēter attrahere ꝙ calorē debilē possit refrigerare. vñ in eis fit rarus pulsus. Qr aūt dicit Philaretꝰ raꝝ pulsuz fieri ex debili calore ⁊ īfirma v̄tute: hoc dicit fieri gr̄a egroꝝ corpoꝝ. In febriēte. n. rarus pulsus sigñat maximū v̄tutis opatiue impedimentū: qr extinctionē caloris naturalis ex cōsumptione humiditatis ⁊ annullatione spirituū. Unde si in laborante acuta febre ꝓcedēte pulsu multū veloci frequēti ⁊ magno nulla facta determinatōe subito appareat pulsus rarus sine alienatione mētis patiētis significat mortem.

¶ De incidenti ⁊ decidenti pulsus.

Motibus intridui pulsus virtus reparatur.
Captiuata salus fit libera. languida fortis.
Debilis instaurat vires. oppressa resurgit.
Uita reformatur: victo synthomate morbꝰ
Exultat: capto brauio natura triūphat.
¶ At per deciduum vite iam vespere facto
Uergit in occasum splendor vegetabilis aure.
Eneruata perit virtus. parceqz trahenti.
Atropos insultat: vt vite syncopet vsum.

¶ Hic

¶ Hic auctor agit de octauo genere pulsus: qd incidens ⁊ decidens dicit: ⁊ eius significationes ostendit. Incidens itaq; pulsus attenditur sm collationem: ⁊ comparationē morarum ad moras: occultarum ad apertas: fortium ad debiles. debilium ad fortes. Aperta mora dicitur: que facit pulsum in dilatatione. occulta que facit in constrictione. In comparatione ergo more dilatationis ad moram constrictionis inciduus vel deciduus dicitur. Nam si breuior sit mora constrictionis: ⁊ maior sit mora dilatatiōis dicitur pulsus inciduus. Si vero breuior sit mora dilatationis: ⁊ maior sit mora constrictionis: que est inter duas dyastoles: tunc dicitur deciduus. Si autem equaliter fit inter duas moras: erit pulsus medius inter decidentez et incidentem. Potest etiam hic pulsus attendi sm collationem ⁊ comparationem plurium moraruz ad moras sm multos pulsus consequentes: ⁊ succedentes. Nā incidentia quandoq; habent locum in vno pulsu: quandoq; in pluribus. In vno vt si fiat comparatio pluriuz morarum ⁊ constrictionum: ⁊ dilatationū sibi per multos pulsus succedentium. Si ergo contingat: ꝙ pulsus cōtinuet quinq; percussiones fortes: ⁊ sexta decurrat debilis: vel aliquantulum deficiens: ⁊ postea succedant decez fortes ⁊ sequatur vndecima debilis. ⁊ postea occurrant viginti fortes. ⁊ sequatur vigesima prima debilis: vel deficiens. ⁊ sic procedat pulsus multiplicando percussiones fortes quousq; debiles prorsus nō appareant: talis pulsus dicet̄ incidens. ⁊ significat confortationem virtutis: ⁊ conualescentiam: ⁊ plenariam crysim futuram. Similiter decidens duobus modis potest intelligi: vt dictum est: de incidenti: aut in vno pulsu: aut in pluribus quomō in vno dictuz: quomodo in pluribus fieri debeat: sic ꝯstat. Quoniam si precedant decem fortes percussiones: ⁊ sequātur vndecim debiles: ⁊ post sequantur sex fortes: ⁊ septē debiles post q̄ttuor fortes: ⁊ quinq; debiles: ⁊ post tres fortes: ⁊ quattuor debiles. ⁊ ita paulatim quousq; multiplicatis debilibus fortes euanescant percussiones. tūc talis pulsus dicitur esse decidens. i. propter minorationem sui a notitia nostri sensus cadens. ¶ Et nota ꝙ pulsus incidens comprehendit caudam soricinam: retornatiuā. decidens vero continere potest caudam soricinaz finitiuā. Attende ꝙ per decidentem vel deficientem pulsum accidentem in die cretico mortis hora potest distingui. et per incidentem hora conualescentie potest signari. Ponatur ergo: ꝙ aliquis infirmus pulsum habeat decidentem. vtrum debeat euadere ab illa egritudine sic cognosces. Computandum est ergo a prima defectione pulsus vsq; ad secundā: ⁊ in qua hora diei fiat: ⁊ cōtingat: ⁊ quot ictus in prima deficiētia: ⁊ quot in secunda. verbi gratia: inter primam ⁊ secundam: fortes tibi occurrant triginta percussiones in hora diei tertia: sed cum sit molestum te semper ibi esse: ⁊ computare numerum alia die eadē hora venias: ⁊ numera percussiones eiusdem pulsus inter vnum deficientem ⁊ alium. Et si modo deficientem inueneris in vndecima percussione. Et si q̄ndeci percussiones fortes amisisti: cum prius haberes triginta signum est: ꝙ transactis alys horis alias quindeciz percussiones amittet. ⁊ in eadem hora morietur. Eodem modo de incidenti facere poteris: ⁊ crysis ad bonum futura designatur. Siquis habeat pulsum deciduū cōputa a primo incidenti: ⁊ aliquantulum fortiori vsq; ad secundum incidentem: in qua hora hoc fiat: ⁊ quot percussiones sint inter primum pulsum incidentem: ⁊ sm aliquantuluz fortiorez. Verbi gratia: si inter primum: ⁊ secundū incidentem triginta tibi occurrant percussiones: vt in hora diei huius tertia fiat: post in secunda die eadez hora veniens computa: sicut in prima die: si inter primum incidentem ⁊ secundum inuenis quindecim motiones: inuenisti incidentem. ita procedendo poteris pronosticari crysim futuram sm magnam ⁊ paruam horam: ⁊ horaruz: ⁊ ictuū computationem. ¶ Incidui. Idest incidentis. ¶ Accepto brauio. Assecuto p̄mio corone pp debilitatē egritudinis. ¶ Per deciduū. Idest decidentē. Littera plana est.

¶ De equali ⁊ inequali pulsu: ordinato ⁊ inordinato.

Iuncta bona pitas bōa fit. mala iūcta sinistro.
Contrahit adiūcte compaginis emula formā.
Imparitas reprobanda boni laudāda sinistri.
Nam tibi propositis: que sunt optāda duob9.
Elige qd fixum stabili bonitate morat̄.
Ex tibi propositis: que sunt fugienda duob9.
Elige mobilius: fuge qd constantius extat.
Qualibet in specie pulsus paritas reperiri
Imparitasue potest: sed non equaliter equū.
Vnica solius facit obseruantia pulsum.
Si magnus se continuet: propriūq; tenorem
Seruet inoffensum cadit a plena paritate.
Cum species aliena subit: non dicitur equus
Simplr: sed in hoc: cū non sit in oibus equus.

¶ Octo generibus assignatis: ⁊ eorum accidentibus executis: ⁊ expeditis agit de duobus extremis generib9: que accidentia sunt: ⁊ principalibus predictis adiuncta sunt: scz de equali ⁊ inequali: ordinato inordinato: nec tamen de ordinato: ⁊ inordinato agitur nisi sz distinctionē suarum specierum ⁊ partium. Est itaq; pulsus equalis: cui9 percussiones vniformem ⁊ consimilem habent rationē: ⁊ vniformiter occurrunt in digitorum extremitatibus: vt si percussiones sint magne: ⁊ in magnitudine equales non parue: non rare: non spisse: non debiles: nec in aliquo diuerse. et iste pulsus equalis dicitur absolute. Inequalis autē est: cuius percussiones diuersantur: siue sit in motu: vt modo sit spissus: modo velox: modo tardus: siue in q̄titate dilatatiōis: vt modo sit magnus: modo paruus. Siue in virtute: vt modo sit fortis: modo debilis. Sicut autem quidaz est equalis pulsus absolute seruans equalitatem in omnibus. ita quidam est inequalis absolutaz seruans inequalitatez in omnibus percussionibus. Et est quidam inequalis in sola quantitate vel virtute: in alys tamen diuersatur: ⁊ ille inequalis dicitur. sed in aliquo equalis nūcupatur. ¶ Et nota: ꝙ omnis equalitas in bono est bona: in malo mala. ⁊ iequalitas in malo bona est: ⁊ hanc diuersitatem sm diuisionem auctor insinuat in capitulo presenti. Hec diuisio non tantuz habet locuz in consideratione pulsuum: sed circa meditullium venarꝫ. ¶ Paritas. Idest equalitas. ¶ Sinistro. Cum sinistris ⁊ malis differentys. ¶ Imparitas. Idest inequalis.

¶ Sequitur de pulsu: qui dicitur cauda retornatiua. ⁊ de eo qui dicitur cauda finitiua.

Cauda retornatiua primo molle scit in ictum.
In reliquo languet: fit tertia motio leuis.
Iudicio sensus se quarta magis manifestat.
Quinta viget: valido firmatur sexta vigore.
De tenebris sensus: ⁊ de langoris ab ipso.

Repit in excessum graduali tramite pergens.
Hoc pulsu solitos natura reciprocat ictus.
Finitiua suos motus orditur ab alto.
Sensim deprimitur: declinat: mollificatur.
Et de propatulo sensus se mergat in imo.
Hic vicinantis affert precludia mortis.

¶ Hic agit de spēbus inequalis pulsus: ⁊ inordinati: cuius multe sunt species. s. cauda soricina finitiua: ⁊ cauda retornatiua: capriçãs: martellinus: ramosus: fluctuãs: spasmosus: ptysicus: formicãs: vermiculosus: scrinus. Prius exequitur de cauda soricina finitiua: ⁊ retornatiua: que licet possint esse species ordinati: ⁊ equalis: sub inequali tamen: ⁊ inordinato continent: qr quandoqz cauda soricina finitiua: ⁊ retornatiua procedunt in percussionibus suis ẜm inordinatam inequalitatem. ⁊ quandoqz ẜm ordinatam. Ubi nãqz est perturbatio causaruz nature vix ad plenum consequentis: inequalitatis ordinatio potest seruari. Constantinus tamen in pantegni has species ordinato: subordinato: ⁊ equali. ē ergo pulsus cauda retornatiua quasi ab occultis: ⁊ quasi ab insensibilibus percussionibus incipiens paulatim graduali tramite ẜm ordinatum modum maiorando procedit de minimis ad paruas: de paruis ad aliquantulum apertas: de aliquantulũ apertis ad magis manifestas: ⁊ ita continuatiz: ⁊ ordinatiz ꝓcedit: quousqz se recipiat in fortes motiones. ¶ Dicitur autem hic pulsus cauda retornatiua: cauda soricina: quia sicut cauda soricis in finali extremitate: que ab animali corpore remotior est: incipit a nimia gracilitate ⁊ continuatim procedit ẜm grossitudinem: ⁊ maioritatē corpulentie: quousqz attingat corpus animalis. sic ⁊ iste pulsus ratione similitudinis maiorando procedit paulatim de debilibus ad minus debiles: ⁊ de minus debilibus ad aliquãtulum fortes: de fortibus ad fortiores percussiones. ¶ Cauda soricina finitiua per contrariuz pōt intelligi: quia a fortioribus incipiēs per minus fortes trãsit: tertio per debiles: quarto per debiliores: tandez ab eo descendit per gradus debilitatis: ꝙ non sentit: ⁊ hoc assimilatur caude soricine finitiue. Nam cauda soricina finitiua a parte animali inserta grossior est: ⁊ paulatim graciliendo procedit vsqz ad finem. Cauda retornatiua significat confortationem nature: salutis reuersionem. finitiua prenuncia est mortis.

¶ De consolatione medici cum eger moritur.

Collectis fuge sarcinulis opifex medicine.
Nil impensa valent tua: nil suffragia prosunt.
Damna resarciri nequeunt iã morte ꝓpinqua.
Atropos excludit lachesim: vitalia rumpit.
Stamina dissoluit: gumphos vitãqz relegat.
Salua tibi maneat frontis verecundia. vultũ
Exere: ne pariat tibi mors vicina pudorem.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium vatis retinens: nomenqz prophete.
Non semper sanat medic⁹: rhetorue perorat.
Sed tamen officium concludit fine supremo.
Singula que debet: si contingentia seruet.
Uitam victuro: vel si mortem morituro
Iudicio dictet stabili: que culpa medentis.
Officium commune durum: curatio morbi.
Actio communis vix consumatur ab vno.

¶ Quia forte medicus propter mortez egri preeminentē desperaret: ⁊ de vita sua timeret credens sibi ab amicis suis imputari. ideo auctor ipsum ꝯsolatur: ⁊ amicos eius corroborat: ⁊ firmat: ostendens: ꝙ non sit timendũ. ⁊ cũ prenunciauerit mortez egri: potius sibi copulabit gloriã ⁊ honorem: ꝙ pudoris ambitionem: ⁊ loco ꝓphete inter homines reputabitur: quia moritur solis pronosticis.

¶ De pulsu caprizante.

Descensu saltum geminat caprinus ab vno
More capre saliens: que bis prius aera pulsat.
Qz semel in terram querat defigere cursum.
Cedit in hac specie progressio prima secunde.
Si species talis genesi dictante resultat.
Hoc signo vasis substantia dura: rebellis.
Aure vitalis vis imbecilla notatur.
Sensus hebes: sermo ꝓceps: turbatio mētis.
Qz multis resoluta modis vt verba moueret
Mentis conceptum mutilata voce resoluit.
Si caprinus erit sine lege vel ordine pulsus
In causa est mixtura mali: diuersa dieta.
Dissona materies: resolutio multa vaporis.

¶ In hoc capitulo diffinit auctor quid sit pulsus capriçãs ⁊ eius significationem exponit. Est enim capriçans: qui incipiens a velocitate ante digitorum percussionem videtur cadere: ⁊ post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinem capreoli capriçans dicitur. Cum eniz capreolus incipiat esse velox in saltu: quasi saltum videtur facere in aerem: ⁊ post in complendo cursu: ⁊ complēdo saltu est velocissimus. Talis vero pulsus antequam regrediatur in centrum duas habet dilatationes: primam minorem: secundam maiorē. Sicut etiam facit capra saliens in aere: que ꝑus extollit vna vice pedes: dinde alia vice iterum se extollit: antequaz in terra ponat vestigiũ. Capriçans itaqz pulsus alius est ẜm naturam: alius preter naturaz. Que autem sunt significationes nãles: ⁊ que non naturales auctor in hoc capitulo exprimit.

¶ De martellino pulsu.

Cũm ferit incudem bis malleus: ⁊ resilire
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et sit diuiduus: in se tamen vnicus ictus.
Sic resilit duro membri concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrum donec geminauerit ictũ.
Ex quo natiuo signatur spiritus igneus.
Cor siccũ: discors mentis presumptio: fastus.
In febre continua martellino dominante
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino: qui a martello dicitur. Sicut enim percussio martelli supra incudem in sequentes cadit percussiones plures propter repercussionem martelli ex duritie incudis. sic etiam martellinus pulsus in dilatatione sua antequam ad centruz regrediatur ex percussione spiritus: ⁊ organi duritie bis digitos percutere videtur. ⁊ fiunt quasi dilatationes due: sed ꝓcedens est maior: secũda

ior: secunda minor. Sed in capriçante sequens ascensio maior est p̄cedēte. Martellinus pulsus ex duritie substantie organi contingit. ⁊ hoc propter superabundantiā spiritus: quo spiritu mouetur arteria. ⁊ pre duritie ipsius spiritus repercussus rursus mouetur. ⁊ facit secundā ascēsionez. Unde dicit Philaretus: ꝙ martellinus siue bis pulsans currente violenter spiritu in secundā venit percussionem: vt in incude venit malleus. Et est differentia inter capriçantem: ⁊ martellinum: quia in capriçante nō repercutitur spiritus: vt in martellino: sed ante digitoꝝ percussionem quasi cadere videtur: ⁊ post incompleta dilatatione vehemēter citatur. Martellinus itaqꝫ pulsus si sit ẜm naturam significat contumaciam cordis: ⁊ pertinaciam mentis ex siccitate: ⁊ superbia ex abundantia spiritus. Si autez fiat preter nām: significat succensionē cordis: ⁊ humoris defectionem: sicut in acutis contingit.

De ramoso pulsu.

Finditur in ramos ramosus ⁊ organa: motu
Quadrifido feriens digitos percurrit in imo.
Discolor in pulsu: sicut confusa resistit
Vox cythare fidibus vno simul ordine tactis.
Hec species crassis imperio suadente figurat
Mobile propositum: cordis mutabile votuz.
Si talis cogente mali synthomate fiat.
Morbi materies fit dissona: causa repugnans
Militat: ex equo virtus synthoma retundit.
Vita reformatur: nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis.

Hic ponit ramosi pulsus diffinitionem: ⁊ significationes eius ostendit. Est itaqꝫ ramosus pulsus: qui primis digitis tangentis apparet alio modo: ⁊ reliquis digitis apparet inequalis: vt si appareat vni digitorum velox: alijs tardus vni spissus: alijs rarus: vni fortis: alteri debilis: vni inciduus ⁊ apertus: alteri deciduus ⁊ occultus. Et attenditur ẜm quantitatem motus: aut motionis virtutis: et ẜm motionis numerum. Non eni potest variari iste pulsus ẜm magnitudinem. Impossibile eniz est: ꝙ sub vno digito in eadem parte organi sit magnus: ⁊ in alio digito vel in alio in paruuz mutetur in eadem percussione: aut in eadem percussione fiat paruus: ⁊ etiam magnus. magnus enim ex necessitate quattuor digitos transit. Similiter ramosus non potest attendi ẜm varietatem latitudinis: aut stricture: caliditatis: aut frigiditatis: duriciei: aut molliciei: vacuitatis. aut plenitudinis. Nunquā eniz in eadem percussione potest attendi pulsus in diuersis digitis: ramosus: latus: ⁊ strictus: calidus ⁊ frigidus: mollis. in quibusdā: durus in alijs: vacuus in vno plenus in alio. Et similiter paruus ⁊ magnus ẜm velocitatez: tarditatē debilitatem: ⁊ fortitudinem: raritatem: ⁊ frequentiā pōt considerari. Ramosus alius ẜm naturam alius p̄ter naturam. Secundum naturam factus cordis mutabilitatem significat. Preter naturam factus in acutis febribus humorum significat contrarietatem: nature conualescentiam ex parte significat: ⁊ ex parte vite laborem: ⁊ finem morbi declarat. Pulsus ramosus ẜm philaretuz habet fieri ex aliqua superfluitate in concauitate arterie contenta: que aduenienti spiritui resistit. vnde tota arteria propter resistentiam superfluitatis aduenientis spiritus nō potest totaliter dilatari: sed motus cordis: ⁊ motus spiritus transfert deorsum: ⁊ sinistrorsum: acsi essent diuersificati. His determinatis littera clarescit per se ẜm diuersitates easdem teste Constantino in pantegni. Caudam soricinam: ⁊ pulsum inclinatum licet inuenire. Cauda soricina in diuersis digitis inuenitur: cum pulsus ab vno digito attingenti brachium est grossus: sub digito secūdo est minor: sub tertio est paruus: sub quarto est minimus. Similiter hec cauda in forti ⁊ debili: veloci ⁊ tardo potest intelligi. Sed hec cauda soricina differt ab alia: de qua superius cum ipso auctore pertractauimus.

Inclinatus autem pulsus attenditur ẜm diuersitatez percussionum sub quattuor digitis: vt si sub duobus digitis medijs grossus: ⁊ sub duobus extremis subtilis: aut in medijs apertus: in extremis occultus. Apparet autez sursum extremitas deorsum inclinari ex defectu virtutis substantiam organi ex parte brachij leuare nequeuntis. Causa arterie grauitatis in extremitate intra manuz ex defectione sola est virtutis illic vix peruenientis. Inclinatus similiter de forti: ⁊ veloci: ⁊ tardo est intelligendum. ⁊ ille inclinatus pulsus: ⁊ cauda soricina predicta sub ramoso pulsu comprehendi possunt. nam ramosi pulsus possunt esse multe species. Sub eadem etiam specie continetur serrinus: de quo dicetur in sequētibus. Qui autem sub vno digito mouetur: sub tribus est quietus: aut sub duobus primis mouetur: sub alijs quiescit: aut sub vno fortis: sub altero debilis: sub tertio debilior: sub quarto debilissimus. ita ꝙ nō sentitur. Et hoc est ꝙ pulsus dictus cauda soricina posset intelligi: quando gradatim debilitando procedit de primo digito ad secūdum: de secundo ad tertium: de tertio ad quartuz. Sed hic non gradatim procedit in debilitate per quartum digitum: vt si ab vno moueatur: sub alijs quiescat: aut sub duobus p̄mis moueat̄: sub alijs nō dicēdus est serrinus. Dicit̄ autem a serra: quia serre dentibus assimilatur.

De fluctuante pulsu.

Vasa procellosus enormi concutit ictu.
Fluctuat: exundat: fremit: estuat: ⁊ digitales
Ventriculos sibi cōpressos lateraliter ambit.
Pars ⁊ sursum: pars ⁊ retro: ⁊ ante mouet̄.
Inde probes subitū mētis: cordisqꝫ tumultū.
Sanguinis vndātis turbato in corpore motū.

In hoc capitulo agit de p̄celloso pulsu: siue estuoso secundum Constantinuz: quem Philaretus fluctuationē appellat: prosequitur: ⁊ ostendit quid sit fluctuās pulsus: ⁊ quid habeat significare. Estuosus pulsus est cum organi pars auriculari digito supposito superior ante mouet̄ sub altero digito iferius: ⁊ tardius. Pars aūt organi dextrorsum: ⁊ sinistrorsum sentitur moueri: quedam pars late: quedaz pars stricte: vt videmus in tempestate maris. Fluctuans igitur pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arterie magis q̄ debeat. vnde spiritus in arterijs generatus aquosum humorem in arterijs existentem mouet magis in vno loco arterie q̄ in alio. ⁊ ideo quasi quedaz inundationes siue perflatus per pulsuz sensui subiacent. Et ideo pulsus fluctuans dicit̄. Talis pulsus solet reperi in q̄dā sp̄e hydropisis: que anasarca dicitur. i. equalis resolutio carniuz. Significat pulsus iste quandoqꝫ mentis perturbationē: aut iram subitā: aut tristitiam: aut humoris subitam perturbationē.

De spasmoso pulsu.

Spasmosus: vacuus: tensi quoqꝫ more rigescit
Funiculi: ptysicis famulatur: ⁊ extenuatis.

Corporis humorem depascit: sorbet inanis.
Plenior occurrit species spasmosa replentur
Organa: reumaticus neruis infunditur hūor.
Lenia motiuo viduantur membra vigore.

¶ Hic exequit̄ de spasmoso pulsu: qui aliter ptysicus appellat̄: ⁊ eius significationes exponit tam ptysici q̄ spasmosi: de repletione ꝓuenientis. Spasmosus itaq̄ ⁊ ptysicus h3 fieri carne consumpta: ⁊ desiccata per calorē febrilem. vnde non habet arteria vbi collocetur ad modū corde tense ⁊ tenditur. vnde digitis compressa transfert̄ a dextra ⁊ sinistra. Unde videtur spasmosus: ⁊ ramosus idez esse. Sed differunt propter causas differentes: quia in ramoso corpus arterie diffundit̄: sed in spasmoso neruus tenditur: ⁊ multū duritiei sentitur. Unde dicit̄ spasmosus propter tensionem nerui vel arterie: vel quia spasmum futurum significat. In ramoso autem non fit talis tensio quemadmodum in spasmoso. Spasmosus itaq̄ significat desiccationem corporis: ⁊ consumptionem humorum: indurationem arteriarum: ⁊ nimiam desiccationem. ⁊ significat spasmum de inanitione. Est autem quidam spasmosus de repletione humorum. vnde arteria sentitur multum turgida.

¶ De formicante ⁊ vermiculoso pulsu.

Sunt gemini pulsus formicās: vermicl'osus.
Estiuis potius in febribus: ⁊ peracutis.
Mortis precones fidi: reserantq̄ sepulchra.
In febre formicās: pulsu v̄miculāte verēdus.
Non redit ad melius: sed vitaz morte soporat.
Sepius has species excepto caumate febris.
Non vrgēte necis discrimine. syncopis infert.

¶ Hic agit auctor commixtim de duabus speciebus inordinati pulsus. s. vermiculoso: ⁊ formicante. vermiculosus more estuantis mouetur: sed estuans maior est ⁊ fortior. vermiculosus minor ⁊ debilior: tamē velocior ⁊ spissior est: quia huius causa virt' est defecta. Et dicitur vermiculosus: q2 sentitur sub digitis vt vermium motus. ⁊ formiculosus mouetur: sicut vermiculosus: sed formiculosus minor est: ⁊ defectior: ⁊ spissior. Cuz enim eius virtus omnino est ablata: ⁊ defecta dicitur formiculosus: q2 sicut formice sub digito sentiuntur. Sicut itaq̄ formica minorem habet motum q̄ vermis. sic ⁊ formicans pulsus minor est: ⁊ defectuz significat plusq̄ vermiculosus: cū eius motus sit minim' : sicut mot' formice minor est motib' alioꝝ aīaliū. Si pulsus aliq̄s deficiat vsq̄ in formicationem: ⁊ hoc fiat ex synthomate acute febris: ⁊ ex consumptione spirituum: omnino desperanduz est de vita patiētis. Si vero deficiat vsq̄ in vermiculosuz: ⁊ ibi maneat: ⁊ nō progrediatur ad formicantem: non morit̄ omnino. ¶ Et nota q̄ ante formiculosum necessario venit v̄miculosus. si de formicāte fiat regressus in vermiculosuz: bonū est: sed si ecōtra de vermiculoso fiat descēsus in formiculosuz pessimū est. ¶ Formicans ⁊ vermiculosus quandoq3 fiunt ex subita dissolutione virtutis sicut propter multam inanitionez sanguinis: vt in fluxu per emoroydas: vel a naribus: vel a ventris immoderato fluxu: vel menstruoruz in mulieribus. Unde patiens ex tanta virtutis consumptione: vel dissolutiōe propter defectum spirituum: ⁊ nutrimenti subtractionem syncopare cogitur: ⁊ pulsum habet formicantem: vel vermiculosum. De tali autem pulsu non est desperandum: q2 ex tali causa habet contingere. Uidemus quādoq̄ multos syncopizantes: in quibus nec flatum: nec pulsuz perpendimus: qui tamen per assumptionem aque frigide: ⁊ confortationē ex aromaticis ad priorem statum regrediuntur. De pulsu ergo ex tali causa mutato non debet desp̄are medicus: nec morti patientē adiudicare. ¶ Galienus nanq̄ exemplum ponit de quadam muliere habente suffocationem matricis: in qua nullus sentiebatur pulsus; cuius ori lane flosculum apposuit subtiliter carpinate: vel carminate: ⁊ lana aliquantulum commota: ⁊ calefacta: ex anhelitu eius cognouit eam adhuc viuere: et post operam suam adhibendo: eam ad sanitatem cōuertit. Or si pulsus formicans: ⁊ vermiculosus fiat in corporibus defectis ⁊ desiccatis ex febribus acutis: non ꝑpter immutationem nature subitam: tunc desperandum est: ⁊ per talem pulsum sententia mortis diffinienda est.

¶ Sequitur de pulsu serrino.

Occurrit digito species serrina priori
Debilis: in reliquo fit languida: nulla sequēti.
Hic trahit a serra cognata vocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta
Est grauis: in reliq̄s grauior: funesta sup̄mis.
Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem
Amputat: ⁊ vitam nubes letalis obumbrat.

¶ Hic agit auctor de pulsu serrino: q̄ diuersis modis intelligi potest. Nam quandoq3 sub vno digito mouetur: sub tribus est quietus: aut sub duobus primis mouetur: sub alijs quiescit: aut sub vno fortis: sub alio debilis: sub tertio velox: sub quarto tardus. Serrinus autem vocat̄ a serra: quia dentibus serre assimilatur: quando inequalem facit incisionez. ⁊ s̄m hoc clauditur serrinus. Serrinus pulsus sub quibusdam speciebus predictorum pulsuum potest contineri. Fit autem serrinus: quandoq3 vt in primo digito sentiatur debilis: in secundo quasi deficiens. in tertio omnino non sentitur. Secundum autem hanc estimationem quedam cauda soricina finitiua erit pulsus serrinus.

¶ Hic auctor musam suam alloquitur vt sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi. sat prata biberunt.
Semina luxuriant. prius arida terra colono
Plenius arridet pingui letamine gaudens.
Et fructus nobis exponens diuite vena.
Jam sterilem cultū philareti vomeris horret.

¶ Hic finis imponitur tractatulo de cognoscendis vrinis ⁊ pulsu. doctissimi magisti Egidij cum expositione ⁊ cōmento magistri Gētilis de Fulgineo. Que oīa nouissime recognita a viro docto fuere: cūctisq̄ erroribus castigata.

¶ Incipit

¶ Incipit tractat⁹ de vrinis Petri leonis spoletani eta
tis nostre physici excellentissimi.

¶ Prohemium.



Vtabunt nõnulli cum
primũ libelli hui⁹ sup
scriptionez legerint: aut
me delirare: vł mihi ad
moduz nimiũ arrogari
cũ de vrinis tractatus a
q̃plurimis p̃clarissimis
viris perfectissime edi
tus extet: a me denuo
scribat̃: q̃bus cũ nõ mõ
addere ad perfectionez
quicq̃ ydoneus sim: ve
rum eoꝝ dicta interpre
tari vix possiz. Presumptionis igit̃ censebit̃: aut amen
tie editionẽ nouã de vrinis cõponere. Quibus ego fa
cile ꝯsentirẽ: si Hypo. ⁊ Gal. viri diuino quodã lumine
in arte medicine illustrati seorsum de eis libellum edi
dissent. Qui ꝑfecto nihil est de hac materia: q̃d ad me
dicum considerare spectet: quin varys in locis s̃m ma
teriei exigentiã plene: ⁊ abunde non determinauerint:
nihilq̃z profecto pretermissum comperies: nisi q̃ in lo
cum vnum: que sparsim tradita sunt: nõ collegero. Tã
tum igit̃ ad perfectionẽ huius traditionis deficere vi
detur. Oꝛ ⁊ si plures in vnum tractatuz redigere cona
ti sunt: id aut nõ secuti: aut si saltem collegerint oĩa: ea
tamen non in eum ordinem posuerunt: quẽ natura rei
expostulare videtur: aut Gal. foret imitatus. Hoc est
igit̃: q̃d nos in hac noua traditiõe ꝓmittimus: vt que
ab Hypo. ⁊ Gal. diuersis in locis plene ⁊ abũde in eis
dicta sunt: in vnũ colligant̃ eo ordine ⁊ ꝓcedẽdi rõne
qua ipse Gal. ni fallor processisset. Oꝛ siq̃s dubitauerit
legat opuscula Gal. que de pulsibus edunt̃. ⁊ in eis cõ
templetur nõ verba: aut particulares sententias dũta
xat: verũ artificiuz magis: ⁊ procedendi rõnẽ. Q̃d vbi
cognouerit: intelliget ea: que de vrinis sparsa a Gal. ia
cta fuerint: ad ipsius Galie. ordinem redysse. Quare
hortor: vt qui librum legerint: nõ tantũ putent in vri
narum cognitione se posse proficere: verum ⁊ ad alia
multa aditum sibi patere. Hoc fiet: si mentez nõ solũ
ad dicta conuerterint. verum magis ad dicendi rõnẽ.
Quã siquis perceperit: ad Gal. doctrinam adituz sibi
facilem se comparasse intelliget: ⁊ ad cuiusq̃z termini
medicinalis plenam: ac completam indagationis rõ
nem: ita vt luce clarius videat: quo pacto procedendũ
sit in cuiusq̃z rei medicinalis cognitiõe. ¶ Hec est igit̃
mens mea: vnum vniuersale exemplar in mediuz po
nere: in quo primuz ratio ordinis in doctrinis ad mẽ
tem Gal. appareat. Dehinc vero particulariter de vri
nis noticia clara: ⁊ ordine distincta: ⁊ rõne ꝑfecta hẽat̃.

¶ Diuisio operis.



Diuiditur autem totum opusculuz
in tres distinctiões: qua
rum p̃ma ipsius vrine diffinitionem cum
eius attinentib⁹ indagabit. Scda vero cu
iuslibet differentie vrine significationẽ de
monstrabit. Tertia ⁊ vltima cuiuslibet dispositionis
sanabilis corporis: super quã significatio vrine se extẽ
dere valz ipsius vrinã demõstratiuã describet. ¶ Pri
ma igit̃ distinctio: que de vrine diffinitione existit: tot
continebit capitula: quot sunt ea: que ad eius cõpletaz
diffinitionẽ cognoscendam sunt necessaria. ¶ Est aũt
medico necessarium: nõ solũ vt diffinitionẽ vrine per
scrutet̃: qua per intellectũ percipiat: quibus essentiali
bus differentys vrina differt ab omni eo: q̃d nõ est vri
na. verũ etiaz cum sit artifex sensitiuus: ⁊ maxime in
ea parte: in qua de signis agit: vt diffinitionez colligat
qua sensibilibus differentys cognoscat: q̃bus vrina ho
minis ab alys liquoribus: qui cũ ea similitudinez ali
quã habere pcipiunt̃: discrepat. ¶ Potest aũt hec co
gnitio nõ imerito diffinitiua appellari: cum diffinitio
ad aliud sit q̃z cuiusq̃z rei infra ꝓprios limites restri
ctio: ⁊ idẽ terminus appellat̃ a terminãdo: dicta ad si
militudinem terminorum inter agros positorum: di
cente Cõmentatore de senis. Finis autem vel diffini
tiones accipiuntur ab illis: qui in agris morantur. Illi
vero fine aliquo vtentes agris suis ad semetipsos di
stinguunt ⁊ discernunt. illi igitur finitiõe ⁊ distinctio
ne carent. Diffinitiua quibus cum porrigitur: aut af
fertur ad id suis metis ⁊ terminis seu finibus nesciũt
ab alys: que non sunt: illud secernere. ¶ Merito igit̃
cognitio distinctiua: qua ad sensum medicus vrinã ab
alys liquorib⁹ secernit: potest dici diffinitiua. Sz quo
niam talis commode haberi nequit: nisi prius certifi
cetur eam consistere in sui esse naturali. iõ prius opus
est scire: quo pacto sit colligenda: ac etiam seruanda:
ne antequã diffinitio hec est secernenda ab alys liquo
ribus occurrat: a sui naturali dispositione permutetur.
Ideo necessariuz est aliquod capitulũ ante hoc inter
ponere: q̃d erit de conditionibus seruandis in colle
ctione ⁊ conseruatione vrinarum. ¶ Colligamus igit̃
tria fore capitula huius prime distinctionis: quorum
primum eius propriam diffinitionem cum eius atti
nentibus colliget. Secundũ cõditiones notabit: quas
seruare oportet in vrinarum assumptione: seruatione
⁊ impressione: antequam de ea feratur sententia: siue
eam ab alys liquoribus secernẽdo: siue de eius signi
ficationibus iudicando. Tertiuz ⁊ vltimum differen
tias notabit: quibus discernit̃ vrina hominis ab alys
liquoribus: ⁊ aliorum animalium vrinis.

¶ De diffinitione vrine ⁊ diffinitionis explanatione.

¶ Capitulum. I.



Incipiamus igitur a diffini
tione: ⁊ eius no
¶ Cõnumerat̃ etiã inter contenta calculus: cuius differentie sunt in quantitate. in colore ⁊ infra. In quantitate v̇o cõtinua: magnus: paruus. In discreta vni⁹ plures. In colore differẽtie sunt albus: rubeus. In figura: oblongus: angularis: oualis: frãgibilis: ⁊ marmoreus. ¶ Breuiter cetera ꝯtenta. s. athomuꝫ: furfura: pertala crinoydes: scima: pinguedo: sp̃ma: sanies: ⁊ sanguis trũbi: flegma. oĩa hec differentias habent penes subaꝫ quãtiatẽ: ⁊ qualitatẽ: ⁊ maxime circa colorẽ: quoꝝ ẽt dr̃ntie sunt sube subtilis: grossa: quãtitatis magna: parua: coloris itidẽ qd̃ supra. ¶ Sed inter omnia hec sanguis ⁊ pinguedo habent alias ꝓprias dr̃ntias. Sãguis. n. aut est vrine mixtus: aut separatus. Piguedo vero aut supnatat: aut est in suba vrine mixta: aut p̃terea cito apparens: aut tarde: aut diu durans: aut paruꝫ. Et sic de simplicibus differentijs omniuꝫ orta supradictoꝝ generum: que in vrinis obseruantur dicta sufficiãt.

¶ De numeratione dr̃iaꝝ cõpositaꝝ. hoc est de combinatione vnius differentie cuꝫ altera. Cap. II.

HEigitur sunt differentie simplicis hoꝝ geneꝝ: que obseruande in iudicijs vrinaruꝫ traduntur: preter quas etiaꝫ addi plurime cõposite possunt q̃ ex cõbinatione vnius dr̃ntie cum ceteris alijs: aut pluriuꝫ cũ pluribus oriunt̃: quaꝝ modus multiplex esse repit̃. ¶ Prim⁹. n. est: vt dr̃ias vni⁹ generis cũ dr̃ntijs eiusdẽ generis. sic est vsq̃ꝫ ad fineꝫ: vt puta vnã cõtenti differentiã: cũ reliquis. exẽpli grã. circulus subtilis cũ oĩbus alijs cõtentis. s. athomis: squamis: spuma: ⁊ ceteris. ¶ Scd̃us v̇o modus est: vt dr̃ntie: seu sp̃es vnius generis cuꝫ sp̃ẽbus: vel differentijs: vel sp̃ẽbus alterius generis cõbinent̃: quousq̃ꝫ ad oĩa discurrat̃: vt dr̃ntia seu sp̃ẽs subtilis sube cuꝫ q̃litatis differẽtia odoris: coloris: ⁊ saporis: q̃ntitatis diaphanitatis ꝯtenti: ⁊ alioꝝ ꝯbinent̃. Et vterq̃ꝫ hoꝝ duoꝝ modoꝝ: ⁊ maxime scd̃us fieri põt combinãdo binatiꝫ: ternatim: ⁊ quaternatiꝫ: ⁊ sic de ceteris. Et ꝑ hunc modũ dicunt̃ innumerabiles vrinaꝝ dr̃ntie: quas nũq̃ꝫ aliqs auctoꝝ nõ mõ scripsit: verũ etiã nec imaginatus est. sicut deo dãte inferius ostendemus. Licet singulas euacuare quodãmõ impossibile sit: eas tamen: quas ab auctoribus antiquis ⁊ modernis descriptas ⁊ euacuatas inuenerimus artificiosiori modo ⁊ cõuenientiori ordine exprimemus: insuper ⁊ plurimas addemus: de quibus a nemine mentio facta iuenit̃. Et vt clari⁹ hec intelligant̃ vno exemplo demonstrandũ esse putaui anteq̃ꝫ ad significatões deueniamus: ne vna difficultas: cũ altera implicet̃. Capiamus igit̃. exempli grã. sp̃ẽm vnã seu dr̃iaꝫ sube: ⁊ sic subaꝫ grossaꝫ: ⁊ eã cuꝫ singulis alioꝝ generũ sp̃ẽbus seu dr̃ntijs binatim cõbinemus. ¶ Dicat̃ igr̃ vrina: cui⁹ suba ẽ grossa ⁊ ĩ q̃ntitate multa grossa ĩ q̃ti^te pauca: grossa ml̃totiẽs micta: grossa raro micta. Grossa in dyapha^te clara: grossa turbida: grossa mediocris. Grossa facil̃r micta: grossa difficl̃ter micta: grossa ĩsensibiliter micta: grossa cũ dolore micta. grossa odore carẽs: grossa fetida. Grossa dulci: grossa acris: grossa ĩsipida: grossa salsa: grossa amara: grossa accida: grossa acuta: grossa cuꝫ sapore vrine sani. Grossa alba: cristallia. grossa mucillia: grossa vnctuosa: grossa palearis. Grossa flaua: g̃ssa ruffa: citrãgl̃aris: grossa rosea: g̃ssa ru. clara: grossa ru. obscura: grossa purpurea. Grossa ru. puluerulẽta: grossa ru. sicut sanguis: grossa ru. q̃si nigra: grossa ru. sicut mustũ turbidũ. Grossa ruti. sicut lotura carnis: grossa fisticina: grossa erugiosa: grossa indica: grossa porina: grossa yrina: grossa nigra attinens

quasi

quasi citrino:grossa nigra post fucuz:grossa nigra post viridem obscurū:grossa nigra ex idico cāta. Grossa itē nigra grossa cū circulo subtili:grossa cū circulo spisso: grossa cū circulo rubeo:grossa cuz circulo viridi:grossa cum circulo citrino:grossa cuz circulo aqueo. Grossa cum spuma magna:grossa cum parua:grossa cū granulis in superficie:grossa cum granulis in suba vrine: grossa cum spuma seu granulis durantibus:grossa cū cito deficientibus. Grossa cum arenulis multis: grossa cum paucis:grossa cum rubeis:grossa cū albis: grossa cum lapide magno:grossa cum paruo. grossa cū duro:grossa cum frangibili:grossa cum albo: grossa cum ru. grossa cum qualibet forma lapidis. Grossa cū athomis:grossa cum pilis:grossa cum pectalis: grossa cum chrinoydibus:grossa cum squamis. Grossa cuz pinguedine:grossa cum spermate:grossa cū sanie: grossa cum flegmate:grossa cū sanguine:grossa cū trumbis:grossa cum hypostasi. et hec grossa cū subtili substātia hypo. Grossa cū mediocri:grossa cū spissa suba hypo. grossa cum magna hypo. grossa cū parua:grossa cum mediocri. Grossa cuz pineali hypo. grossa cuz rotunda:grossa cum plana:grossa cū angulari:grossa cū hypo. in supremo:grossa cū hypo. in medio:grossa cum hypo. in fundo:grossa cum alba hypo. grossa cū subalbida: ⁊ sic de ceteris coloribus hypo. faciēdū est. ¶ Qd igit̄ de hac sube differentia cū reliquis cōbinando fecisti:pari rōne de reliquis oībus differētys siue sube:siue alioꝝ generū faciēdū est. Et ꝙ nūc binatim fecisti: potes vt libet ternatim: ⁊ quaternatim fieri:sicut aliquādo etiā necessitas cogit: vt inferius suis locis ostendemus.

¶ Incipit pars scda distinctionis secūde: in qua descriptiones ponunt̄ differētiarū seu spērū iā enūeratarū.

¶ De descriptione differentiarum omnium generum preterqꝫ coloris ⁊ contenti. Cap. I.



Numeratis ad plenuz generibus ⁊ generuz differentys: a qbus vrinarū significationes assumēde sunt: iam tempus est vt ad earūdem descriptiones: aut nominis interpretationes: vel forte diffinitiones accedamus qꝫtū pn̄s mā̄ exigit. Nō. n. opus est hic exquisitas formales: ⁊ qdditatiuas diffinitiōes indagare: sed solū similitudinibꝰ: aut figuris: ac descriptionibus genera hec: ⁊ eoꝝ differentias denotare. Qm̄ noticia ista sensitiua ē dūtaxat parum admodū habens: aut nihil intellectius inter ceteras medicine partes. Que qꝫqꝫ singule subam nō trāscendant: hec tn̄ imersissima sensui est: ideo eius noticia eas exigit diffinitiuas inquisitiones: qbus vrinarū differētie sensui innotescant. ¶ Incipiamus igit̄: ⁊ eo ordine prosequamur in describendo: quē ⁊ ī partiēdo secuti sumus. Primū genus obseruabiliuz in iudicys vrinarū erat suba. Substātia igit̄ apud medicos non pro termino pn̄ti sube put ꝯtra alia pn̄ta distingui solet accipit̄: que in mām diuidit̄ formā atqꝫ cōpositū: sed pro rei corpulētia. Et sic ad vrinā applicādo subaz esse solū aquositatē: ⁊ liquorē vrine: aut moduz se habendi in eius corpulētia: vel qualitatē qꝫdā: quā visus ꝯcipit in vrina in grossitie: subtilitate: ⁊ mediocritate: Et h̄ est qd Theophilus expsserat: vbi dixit. Suba. n. vrine ipsa hūiditas. Et hāc aūt hūiditatē multi sapientū medicoꝝ effusiōez notauerūt. Suba tenuis: seu sub

Quid sunt vrine.

tilis est liq̄ris dispositio: q̄ faciliter ⁊ subito ab acie visus est penetrabilis. grossa v̄o est que difficulter: ⁊ tarde penetrabilis: mediocris v̄o que medio se mō hz inter ista. Ceteri gradus: qui in his tribus differētys assignabant̄ supius: pari rōne describi pn̄t. s. per accessuz: aut recessum a mediocritate sube: vel alteriꝰ extremorum. ¶ Quātitas vrine nihil aliud est qꝫ eius mēsura seu moles: cuius differētie vt dcm̄ est: sunt multitudo ⁊ paucitas pro parte ꝯtinui: frequētia: ⁊ raritas mingēdi ex pte discreti cū suis mediocritatibꝰ. Hoc qdē genus ⁊ sue dr̄ie alia nō indigēt descriptione cū ex vi nominis ex se intelligantur.

Quid quantitas.

¶ Est tertiū genꝰ dyaphanitas seu transparētia: q̄ nihil aliud est qꝫ duplex apparitio: vna. s. in superficie ⁊ altera in pfundo. Dicit̄. n. dyaphanuz a dya: qd est duo ⁊ fanos: qd est apparitio q̄si duplx̄ apparitio. Vel aliter dyaphanū est illd: qd p se nō est visibile nisi rōne coloris in eo repti. ¶ Claritas v̄o: q̄ erat eius differētia: nil aliud est qꝫ libera ⁊ facilis intus ⁊ ex̄ appitio. ¶ Obscuritas v̄o seu turbulētia est difficilis ptis intrinsece apparentia. ¶ Mediocritas v̄o est: q̄ medio se mō hz in facilitate ⁊ difficultate apparētie. Reliqui gradus qui pn̄t vlterius assignari pariformiter describi debēt p maiorē vel minorē accessum ad alteꝝ extremoꝝ vt ad mediū: vt dcm̄ est: de suba supra. ¶ Aduerte tn̄: ꝙ claritas ⁊ turbulētia nō sunt idē: ꝙ subtilitas ⁊ grossities: cū sint dr̄ntie diuersoꝝ generū. Stat. n. vrinā fore subtilē: ⁊ turbidā: ⁊ grossam: ⁊ claraz: sicut albumen oui: aut vitrū; qd est grossum ⁊ claꝝ: ⁊ aq̄ turbida: q̄ est subtilis: est tamē est turbida. Ex quibus clare colligis dyaphanitatē esse aliud genus considerandum in vrina ab ipsa substantia: cum spēs sint varie ⁊ distincte.

Quid dyaphanitas.

¶ Odor v̄o q̄litas ē effumabil̄: ⁊ euaporatio sensu odoratus pceptibilis. ¶ Odore carens est vrina: vbi talis effumatio non sentit̄ a corpe sano: ⁊ bene disposito in organo odoratus. ¶ Aeris v̄o odor seu acredo est effumabilis illa euaporatio cuz quadam acetosa punctione in organum odoratus. ¶ Dulcis vero est euaporatio quedaz mitis: fetidus odor euaporatio est horribilis seu putredinalis.

Quid odor.

¶ Sapor v̄o: qd est alteꝝ genus attēdendū est: q̄litas hmōi corporis sensum organi gustus afficiēs cuz q̄dā aperitiua punctione seu clausiua. ¶ Acutus sapor est q̄litas qua lingua pforari videtur ex forti punctione. ¶ Amarus q̄litas est: que cū hoc: ꝙ pūgit organi supficiem etiam abradit. ¶ Salsus est: ꝙ pungit ⁊ abradit minus qꝫ amarus. ¶ Dulcis qualitas est gustus leniens ⁊ oblectans. ¶ Acetosus pungit ⁊ perforat minus qꝫ acutus.

Quid sapor

¶ Modus mingēdi est habilitas ⁊ forma migēdi. Faciliter v̄o mingit̄ cuz sine labore expellit̄. Difficultas v̄o: cū fit conatus ⁊ exire libere nō valet: vlterius ꝙ volūtarie: ⁊ sine labore emittit̄ spēs est faciliter mingendi: qm̄ pōt quis sine volūtate facil̄r vrinaz emittere: ⁊ cū inuoluntarie exit faciliter sine dolore. Est alter modus: cum etiam id cum dolore fieri possit.

Quid modꝰ mingendi.

¶ De descriptiōe coloris ⁊ differētiarū eiꝰ. Cap. II.



Olor ⁊ si dupl̄r capiat̄. s. pro q̄litate pspicui in corpe terminati ad modū: qui sumit̄ de sensu ⁊ sensato: aut pro omni eo: qd pōt quocunqꝫ mō sensu visus pcipi: ⁊ hūc modū expssit phs scdo de aīa cū dicit. Color est motꝰ visus fm actū dyaphani. Tamē hic pmo mō sumēdus ē: qm̄ scdo mō ve

rificaret̄ ꝙ ſuba ⁊ dyaphanitate:q̄ ſunt gnā p ſe a colo
re diſtincta. ¶ In aſſignatiōe vō deſcriptionū differē
tiarū coloꝝ hoc ſeruādū puto:vt p̄us eaꝝ.zo. differen
tiaꝝ:in qbꝰ Maurꝰ:⁊ Theophilus:⁊ Egidius mō quo
ſupra expreſſimus:ꝯueniunt:qui a Gal.⁊ hypocrate ac
ceperūt interp̄tationes:ponant̄:dehinc vō colorum ab
Auicē.aſſignatoꝝ:nec nō ⁊ eoꝝ:q p alterā ſupra oñſaz
rōnē enūerāt̄.⁊ ſic vndiq ꝯpleta erit doctrīa. ¶ Su/
mamus igit̄ initiū ab albo h̄ pacto. ¶ Albus color ſō
dr̄ q̄ſi tinctura oī priuatus. ¶ Lacteus vō dr̄:qꝛ lactis
ſimilitudinem hz: vbi nō intelligas lacteū p̄ciſe cū ſi/
militudine ſube lactis q̄ groſſa eſt ⁊ turbida:ſz ſolū co
lorē lactis cū ſuba tñ vrine ſicut ſeruz q̄ꝫ proprius dici
poſſet ſimilior ſero q̄ꝫ lacti. ¶ Glauca vrina ſeu co/
lor glaucus eſt color varius:q ex albo ſimplici verſus
citrinū tendit:⁊ aliq̄ꝫ videt̄ tincturaz ſuſcipere magis
q̄ꝫ albus:aut lacteus.⁊ dictꝰ eſt glaucus ad ſimilitudi/
nem coloris glauci in cornea tunica oculi:vel ad ſimi/
litudinē cornu albi ſubtilis bene terſi ⁊ trāſparētis cuz
aliq̄li liuiditate. ¶ Karopos color eſt ab albo magis
recedens:⁊ tincturā magis ſuſcipiēs q̄ꝫ glaucus:dictus
karopos ad ſimilitudinē piloꝝ cameli:vel ad ſimilitu
nē coloris vrie ſubiugaliū. ¶ Pallidus ⁊ ſubpallidus
color ſimilis eſt iuri carniū ſemicoctarū. ¶ Subcitri
nus ⁊ citrinus colores ſunt ab albo extremo ad veruz
mediū tendentes dicti tales ad ſilitudinē citri imatu/
ri:aut bene maturi. ¶ Subcitrinꝰ.n. ſilis ponit̄ citro
imaturo. ¶ Citrinꝰ vō ſilis citro bñ maturo:vbi nō ſi/
mul cū Theophilo:ꝙ hec p̄rō ſub reperit̄ apud docto
res in vtrāq ꝑtē vſitata.ita ꝙ iterdum magis ſignifi/
cet colorē remiſſum. Nos aūt vtimur ea vt nobis de/
notet remiſſum magis.vñ ibidē iportat:ꝙ ſub tali gra
du ꝯſtitutū.vñ ſubcitrinū idē eſt:ꝙ color remiſſior ci
trino. ¶ Subruffus ⁊ ruffus colores ſunt ſꝫ Theophi
lum:ac ēt Gal.in medio extremoꝝ.ſ. albi ⁊ nigri cōſti/
tuti:q paulo intenſiores ſunt q̄ꝫ citrinus:ſunt tales:qm̄
citrio aliqd plus hñt.ſ.paruū rubedinis veſtigiū. Uñ
ſubruffus ſilis dr̄ auro claro ſiue auro gēp̄rēſi. ¶ Ruf
fus āt auro magl fuluo ſilis.⁊ p̄p̄e auro ianuēſi. Theo
philus vō alijs vocabulis exprimit hos colores duos.
Subruffum dicit ſilem auro oriçimo. Ruffum vō ſi/
milē auro ianuēſi:qꝺ idē ſonat:qꝺ ſupra explicatū eſt.
¶ Subrubeus ⁊ rubeus colores ſunt a mediocritate
recedentes verſus nigrū ꝛuboris magis ꝑticipantes.
⁊ eſt ſubrubeus ſilis croco ortenſi:cuiꝰ ſemē carthamꝰ
dr̄. ¶ Rubeꝰ vō ſilis croco vō:ſeu cāpeſtri. ¶ Sub
rubicūdus ⁊ rubicūdus colores ſunt ſiles aquoſe ſube
cui mixtū fuit aliqd ſanguinis clari:lucidi:⁊ trāſparen
tis. ¶ Inopos vero color eſt ſilis vino nigro claro:aut
ſanguini purpureo:ſeu ſcarlatino. ¶ Kyanos ſimilis
eſt ſanguini lucido ſeu putreſcēti:aut tincto rubeo fel/
le. ¶ Liuidus vō color eſt nigredinis plus ꝑticipās cū
fuſcedine. ¶ Uiridis vō color eſt aduſtionis:aut mor
tificationis color ad ſilitudinē floris eris dictꝰ. ¶ Ni/
ger vō color ē aut extreme aduſtiōis p viā caloris:aut
extreme mortificationis per viam frigoris.

Deſcriptio coloꝝ ſm theophilū egritudinum ⁊c.

¶ Deſcribunt̄ ⁊ alr̄ hi colores in ſitu: ⁊ ordine ⁊ multi/
plicatione ſm Aui.hoc pacto. Dicebat̄.n.ꝙ coloꝝ qui/
daz ſunt ſimplices: ⁊ qdā cōpoſiti. Simplex color ē il
le:q ſingulariter ⁊ ſeorſum ab alijs appet. Cōpoſitꝰ vō
ecōtra q in eadē vrina diligēter intuēti nō vnꝰ ſolus co
lor appet:ſz plures ⁊ diuerſi. Uñ vrina ſilis loture car
nis.vel talis ꝯpoſitꝰ color dr̄ ille:q cōpoſitꝰ eſt ex albo
⁊ rubeo:qꝺ ſic itelligi pōt in aq̄:in q̄ lauant̄ carnes mi,
ſcent̄ ꝑtes ſanguinis cū aq̄ in qua poſtea appetꝫ color

Deſcriptio colorum ſm Auicen.

p̄mo aſpectu:tñ in rei v̄itate ⁊ bene diligēter ituēti ap/
parent duo.vnus.ſ.rubeus:q ſumit̄ a ꝑtibus ſanguino
lentis.alius vero albus clarus: qui ſumit̄ a partibꝰ aq̄
tranſparētis. ¶ Pro quo vlterius notādū:ꝙ color ru/
beus tripliciter inueniri pōt in vrina. primo ꝙ vrina
ſit vere rubea:⁊ vnus eſt in ea tñ color.⁊ iſte cātur ex
multa ſanguinis:⁊ ꝑfecta mixtione cū ſuba vrine. Se
cundo inuenit̄ color rubeus in vrina nō p totū: ſed in
vrina ex regionibus ſuis.ſ.in fundo:ſicut ꝯtingit in ru
ptura venarū renū:vel veſice. Tertio inuenit̄ color ru
beus cum vrina in toto apparet rubea:nō tamē ita eſt
ex ꝑte rei: ſi diligēter inſpiciat̄:qm̄ diſcernit color ru/
beꝰ ⁊ albus in diuiſis minutis ꝑtibus vrine: ⁊ tali mō
dicimus colorē rubeū eſſe mixtū cū albo in colore cō
poſito ſimili loture carnis. Unde idez qꝺ de colore ru/
beo ⁊ albo hic particulariter eſt dictum:pōt vl̄r dici in
ſingulis coloribus compoſitis.ideo vl̄r tene:ꝙ colores
cōmixti:⁊ cōpoſiti:aut ſunt ita cōpoſiti:ꝙ per totā vri/
naz apparent cōpoſiti:⁊ vident̄ facere vnū colorē. Si
tñ diligenter ⁊ attente inſpiciat̄:apparent diuerſi colo
res:tñ pp ꝑtiū ꝓpinquitatez appet p̄ma facie vnus
color:aut ſint ita cōpoſiti:ꝙ vnus appet in vna regiōe
⁊ alius in alia:qꝛ vnus in ſuperiori ⁊ alter in iferiori.
¶ Color oleagineus eſt color cōpoſitus:ſed dicit̄ olea
gineus:iō qꝛ color:⁊ ſuba:⁊ ꝑuietas ſimilis eſt oleo cō/
muni. Sed cōpoſitus dicit̄ duplici rōne p̄mo:qꝛ colo/
ri citrino:⁊ viridi duro ꝑmixtus p totā vrine ſubam.
vñ p̄ma facie appens duo ēt cōpoſitus dicit̄:qm̄ cōpo
ſitꝰ ex colore ꝓprie ſumpto.ſ.citrino ⁊ colore iproprie
ſumpto.ſ.luciditate ⁊ trāſparētia. ¶ Carninꝰ color eſt
cōpoſitus:carninus dr̄ eo ꝙ eſt carni ſimilis. Eſt autē
cōpoſitus ex citrino ⁊ nigro:vel ex citrino ⁊ cinerulen/
to. ¶ Pro quo nota:ꝙ hi duo colores citrinus ⁊ niger
inuicē experiri pñt cōponi ambobꝰ manētibus in for/
ma ꝓpria:ſz tñ mixti:aut vnus eoꝝ manet ſub ꝓpria
forma:⁊ alter ſub forma cineris: ⁊ qꝛ hoc indifferēter
fieri pōt de vtriſq.iō dr̄ circeꝰ cinerulētus:vl̄ niger ci/
nerulētꝰ. ¶ Quartus color cōpoſitꝰ ē:q cōponit̄ ex ru/
beo ⁊ nigro coloribꝰ p totā vrie ſubam. ¶ De coloribꝰ
vō ſimplicibꝰ itelligēdū p̄ᵒ:ꝙ lz Aui.ponat multos co/
lores:qnq tñ ponit capitales.ſ.albū:citrinū:rubeū:vi/
ridē nigrū:ceteros vero minꝰ p̄ncipales:⁊ ad alterum
hoꝝ qnq reducibiles:vt eſt videri inſpiciēti ꝓceſſuz.
¶ Scđo intelligēdū:ꝙ hi qnq capitales dupl̄r capi
pñt.cōmuniter.ſ.⁊ large:ac ēt ꝓprie ⁊ ſtricte. Cōiter.n.
ſumpti verificant̄ de reliquis gradibus eis appropria
tis:ꝓprie vero ſumpti de eo tñ verificant̄:q vere ⁊ ꝓ/
prie eſt talis:⁊ quē maxime in medio ſuoꝝ graduuz lz
collocari. Qꝛ lz vl̄r de oībus his qnq dicat̄ tñ ꝑticula
rius ⁊ ꝓprius de citrino ⁊ rubeo dicit̄.vñ lz de albo vi
ridi ⁊ nigro dici hoc poſſit.de citrino tñ ⁊ rubeo veriꝰ
dicitur. ¶ Quoniam citrinus ſumi poteſt primo mul
tum large:⁊ ſi ſic:verificatur pro colore tendente ad
glaucum: ſiue magis participat vel tendat ad albe/
dinem ſiue ad citrinum. Et hac ratione palearis citri/
nus appellatur:lz multum ſapiat albedinis naturam.
Poteſt ⁊ minus large ſumi ipſe citrinꝰ color pro om/
ni vergente magis ad citrinum:ſiue ſit a latere albedi
nis ſiue rubedinis.⁊ ſic dicimus tam citrinuz q̄ꝫ igneū
eſſe citrinū. Poteſt adhuc tertio ꝓprius ⁊ ſtrictius ſu/
mi color citrinus pro vero citrino colore: qui eſt ſimi/
lis pomo citri bene maturi. ¶ Idem ſuo modo dici
poteſt de rubeo colore:quoniam primo capitur valde
large pro omni colore infra ſuos gradus contento.⁊
ita dicit̄ rubeus large:qui hz rubedinē ſiue cuz aliq̄li
albedine

Color rubeꝰ inuenit̄ i vrina tripl̄r.

Color carninus circeus vel cinerulētus.

albedine siue cū turbulētia: ⁊ tā rubeū q̄ roseū: ac puluerulentū dicimꝰ rubeū. Scdo dicimus rubeū ꝓprie illū: qui notat verū gradum rubedinis qui est similis scarlato. Hūc duplicē modū innuit Aui. Primū quū dixit. Gradus rubedinis existūt. Scdꝫ cū dicit. Sicut rubeus ⁊c̄. Simil'r de reliquis dici pōt albo: viridi: ⁊ nigro. ¶ Que aūt hic dicta sunt de hac multiplici acceptiōe coloꝝ: sūme deseruiūnt nō modo huic parti: vbi intendimus describere singulos colores: veruꝫ etiā ⁊ longe magis sequētibꝰ proderūt: qm̄ per hꝰ distinctionem ad ꝯcordiā redigi poterit plīma doctoꝝ diuersitas tam in noiando hos colores: q̄ in situādo: seu graduando: ⁊ ꝙ magis est in assignādo significatiōes eoꝝ. Unde ꝯtingit nōnunq̄ : vt vnꝰ ⁊ idē color nō mō varie noiet̄ a diuersis doctoribꝰ. verū etiā ⁊ ab eodē doctore sepius varie noiet̄. Auicē. n. in diuersis locis vtit̄ oibus his acceptionibus: qm̄ qn̄q̄ dicit gradus citrinitatis esse plures. ⁊ tunc capit citrinū colorē large. vt se extendat ad oēs: aliquādo vō capit ipsum proprie vt de eo tunc verificat̄: qui proprie citrinus dicit̄.

¶ His igitur visis accedamus ad simpliciū colorū designationē scdm seriē Auicē. Et dicamus p̄mo de his qui ad citrinitatē pertinēt. ¶ Color palearis est color ad similitudinē coloris palee frumēti in agro existentis nondū mature dictus: cuius quidē color est participans albedine quadā ⁊ viredine. ¶ Citrinꝰ color itelligēdus est similitudine citri bene maturi. ¶ Flauus est color similis capillis iuuenis madefactis: aut similis cortici piloso extrinseco castanearū. ¶ Ruffus est color similis auro non perfecte ducto de minera ƒm Teophilum. ¶ Citrāgularis est color magis ad rubeū declinans q̄ ruffus: ⁊ est vt color pomi: citri aut arācy non bene maturi. ¶ Aqueus est color similis colori aque: in qua dissoluit̄ crocus. ¶ Croceꝰ est color similis croco puro. i. pilis: çafrani. ⁊ dicit̄ etiā rubeus clarꝰ. hi sunt colores: qui in citrinitate graduant̄ ab Auicen. Sꝫ Teophilus. Maurꝰ: ⁊ Egidiꝰ graduāt solū hos q̄tuor in citrinitate. s. subcitrinū: qui sub se hꝫ flauū: ⁊ citrinū: ⁊ ēt citrāgularē subruffum igneū: ⁊ rubeū clarū.

Color palearis.

¶ Colores vō: qui ad rubedinē ꝑtinēt: ⁊ hoc argumēto situant̄ : ⁊ sic suo modo describunt̄. ¶ Rubeus absolute est vere rubeus: clarus sine albedine: vt color scarlati. ¶ Rubeus roseus est color rubeus declinans ad albedinē magis q̄ rubeus absolute: ⁊ est similis colori rose subrubee. ¶ Rubeus obscurus est color multa obscuritate ꝑticipās: sꝫ non in toto. ¶ Rubeus puluerulentꝰ est color rubeus cū nigredine puluerulēta q̄si in toto: ⁊ aliq̄li claritate in q̄busdā partibꝰ. Sꝫ iste idē color ab alys vocat̄ kianos: ⁊ ē supra descriptus: ꝙ est simil' vino rubeo: qd̄ v̄git ad nigredinē: velut si puluis laterū rubeoꝝ cū aq̄ misceat̄: aut sandalus rubeꝰ.

¶ Colores vō: qui ad viriditatē accedūt ⁊ ordinant̄ describunt̄ hoc pacto. ¶ Color fisticalis dictus est ad similitudinē fisticy. ¶ Eruginosus ⁊ çinçarinus color ad similitudinē eruginis eris dictus: ⁊ est magis viridis ⁊ niger q̄ fisticalis. ¶ Lilialis: seu yrinus: seu celestinus color est similis colori florum lily celestis: ⁊ yreos: ⁊ hꝫ plus de nigredine q̄ superior: ⁊ participat aliquid de flauo. ¶ Indicus v'l nigellus est similis colori indoꝝ mediocriter nigrorum: ⁊ est celestinus sine flauo cum maiori nigredine ⁊ obscuritate. ¶ Porralis color est ad similitudinē succi foliorum porri: qui ad aliquā tendit nigredinē. ¶ Plumbeꝰ color ē ad similitudinē dictus picture facte in carta per plumbi confricationē.

¶ Colores ad nigredinē attinētes hi sūt. Inops: fuscꝰ: ⁊ vere niger: qui tres colores nō differunt: nisi sicut gradus intēsus ⁊ remissus: ⁊ eoꝝ nomia suscipiunt̄ ab ipsis miscibilibus: pro quoꝝ mixtiōe tincturā accipiunt. ¶ Ad qd̄ intelligendū notādū est: ꝙ lꝫ colera sit citrina: qn̄ tamē est multa ⁊ miscet̄ cāt obscuritateꝫ. vt pꝫ in ycteritia. ¶ Ex quo sequit̄: ꝙ ex citrino pōt fieri vrina nigra: si ei admisceat̄ multum colere: etiaꝫ efficitur p̄mus color niger dictus inops. ¶ Secūdus color: scꝫ fuscus ex admixtiōe fit ipsiꝰ melācolie: q̄ si multa fuerit: nō mō fuscum cābit. verum etiā nigredinē. ¶ Tertius color: ⁊ est tertius gradus cātur a mixtione multa melācolie per viā cōgelatiōis facte: ⁊ ꝓprie cāt viriditatē mixtaꝫ cum nigredine. ¶ Nota tamē: ꝙ hec: que hic de coloribus nigris dicta sunt pro descriptione ipsoruꝫ eadē multo magis valēt pro significatiōe ipsorum: sicut inferius loco suo apparebit. ¶ Ultimū genus colorum ab Anicē. positum fuerat color albus: cuius plures gradus ponebant̄. Sed pro genere ītelligēduꝫ: ꝙ color albus dupliciter sumi pōt. Primo pro oī translucētia cuꝫ carētia ceteroꝝ coloꝝ: ⁊ sic hoc pacto aer dicit̄ albus. Scdo mō: vt est verus color: albus: ⁊ extremus inter colores. ¶ Alba vrina mucillaginosa dicit̄: q: similis intentionate suba ⁊ calore: peruietate mucillagini: v'l albumini oui. ¶ Alba vnctuosa. ¶ Alba similis margarite: aut albule: q̄ est macula in oculo cōtingens. ¶ Fungalis color: seu vrina fungalis est illa: que similis est fungo: que est alba cum aliquali rubedine: seu rubore ꝺclināte ad liuiditatē: sicut fungus. ¶ Alba rubea ⁊ ad liuidū declinās: veluti cartha: supquā plumbum fuerit fricatuꝫ. ¶ Alba spermatica est illa: cuius color est similis colori s̄pmatis. ¶ Lacteus est similis sero: vt supra. ¶ Alba plumbea ad similitudinem coloris plumbi dicta. ¶ Albus post citrinum: ⁊ post rubeum pari ratione describi pōt: ⁊ sic de ceteris subsequentibus.

Color albus dupl'r sumi potest.

¶ De descriptiōe ꝯtenti: ⁊ differētiaꝝ eiꝰ. Cap. II.



Contentum est oē corpus in vrina inuentū ꝑter substātiā eiꝰ. Sequētes ordinē v̄siculoꝝ Egidy cuiuslibet ꝯtenti descriptionē assignabimus. si tamen ī primis hypostasis diffinitionē ponamus. ¶ Est auteꝫ hypostasis exiens scdē digestionis sup̄fluū cum suba vrine extra missum dispositionū sanabilis significatiuū. ¶ Naturalis hypostasis est hypostasis eq̄lis lenis res: ac ī fundo pendēs. ¶ Neorima est hypostasis in medio vrīe sita. ¶ Nēphilis est hypostasis in sup̄ma ꝑte vrīe reperta. ¶ Sedimen est hypostasis fundum attingens vrine. ¶ Circulus est suba aquea in sūmitate vrine rep̄ta: in circūferētia vrīalis circulariter ēt rep̄ta. ¶ Ampula vō est parua sperula: seu globulus ex parte viscosa vrīe: ⁊ vētositate ītercluſa genita. ¶ Granula vō est spuma immersa: ⁊ ꝯiuncta in circulo: ⁊ per varias partes tā sup̄ficiales q̄ ꝓfundas īmersa. ¶ Spuma vero est diuersaruꝫ: ⁊ multarū ampullarū adinuicē ꝯgeries: vt Halli. in cōmēto illius affoɼis. Strangulatoꝝ ⁊c̄. ⁊ est vere media inter ampulā ⁊ granulā in paucitate ⁊ multitudine: ⁊ in magnitudine; ⁊ paruitate: ⁊ situ ac ꝯglutinatione. Sunt. n. ꝑtes ille ampulose ipsiꝰ spume minores q̄ in ampula: maiores q̄ in granulis: plures q̄ in ampula: pauciores q̄ in granula. Non sup̄eminet vt ampula: nec ita summergit̄ vt granula magis minuit̄ q̄ partes granulose: ⁊ minus q̄ ampulose. ⁊ sic in omnibus conditionibus videtur habere medium ipsa spuma inter ampulam ⁊ granulā. Ex quibus etiā colligit̄

paruā admodū fore inter hec cōtenta d'riam. imo sub nomine spume reliqua duo itelligūt. Un̄ ꝯsuetū est apud medicos dici spuma absolute: ⁊ spuma ampulosa: ⁊ spuma granulosa innuētes: ꝙ oīa veniūt noīe spume: vt supra dicebat. ¶ Granulosa spuma ē aggregatio granularū minutarū circa supficiē vrīe: ⁊ maxime circa circulū. ¶ Spuma ampulola est aggregatio ampularū magnarū q̄ȝ granularū per totā: aut maiorem partē supficiei vrīe. Et de hac loq̄t Hypo. In q̄buscū q̄ȝ in vrinis ampulle supernatāt nefreticaȝ significant ⁊ longā egritudinē. ¶ Nubes nihil aliud est q̄ȝ fumositas eleuata ab vrina: ⁊ in ea inspissata. ¶ Pus seu sanies est putredo humoralis digesta: ⁊ ad albedinē. ⁊ grossitieȝ redacta. ¶ Pinguedo est pars vnctuosa in vrina reperta. ¶ Chimus est hūor in vrina repert⁹ ⁊ maxime flegmaticus. ¶ Mucillago est sub̄a flegmatica viscosa: ⁊ fluida: ⁊ tenax. ¶ Sanguis est hūor dulcis: rubicūdus: ⁊ in vrina ꝯtētus. ¶ Arena est pars minima solida: ⁊ granulosa: dura: ad tactū resistēs. ¶ Capillus est quedā sub̄a longa subtilis ad moduȝ capilli per viaȝ resolutionis genita in vrina reperta. ¶ Petala sunt corpuscula similia cortici triticeo: seu corpora valde tenuia. ¶ Furfur ps est mēbralis supficialis seu corticalis: seu furfura sunt corpora aliquantulū spissiora satis tamē tenuia. ¶ Crinoydes sunt corpora grossiora. ita vt granum tritici mola subleuata in ptes frangit̄ grossiores. ¶ Squama v̄o pars corticalis est ad similitudinē squame piscium facta a furfure ⁊ petalis parum distās. ¶ Athomus seu ps athomalis est: minima ps corporea seorsum ad oculū distinguibilis: ⁊ rotūda: ad tactū tn̄ non resistens. ¶ Sperma est superfluitas vtilis vltime digestionis: filosa in vrina inuenta. ¶ Cinis ps terrea est subtilis: ⁊ cineritij coloris in fundo vrine residens. ¶ Sedimē est hypostasis ps grossa humoralis in vrina inuenta. ¶ Calculus sub̄a est lapidea in vrina reperta.

¶ De q̄b⁹ vlib⁹ circa differētias ipsas ꝯsiderādis ⁊ de earū causis ⁊ regulis quibusdā. Cap. III.



TEmpus est vt ad vltimā hui⁹ scd̄e distinctionis partē deueniamus. s. ad differētiaruȝ significationes in quibus totius fere operis ius atq̄ȝ vtilitas consistunt. Et biptito eā tractabimus vbi p̄us oīum supra enumeratarū differētiarū absolutas significationes simpliciter ⁊ seorsum non coniungendo vnā alteri: vel alijs ex differentijs. ita vt tn̄ colligamus quid vnaqueq̄ȝ differētia per se ⁊ seorsum significet: dehinc vero duarum: ac plurium simul complexarum: vel cōbinatarum differētiarū significationes enodabimus: vtputa quid significet vrina grossa: ⁊ alba. ⁊ sic de ceteris. ¶ Pro expeditiōe igit̄ oīuȝ horum p̄mittendum p̄us: ꝙ ea per que iudiciū in significatione vrinarum extat nō eq̄liter: sed scd̄m magis ⁊ minus certitudinē iudicij efficiūt. Un̄ hypostasis seu ꝯtentum ceteris p̄fert̄: ⁊ antecedit. deinde sub̄e: postea coloris. 4°. dyaphanitatis. 5°. odoris. 6°. saporis. 7°. q̄ntitatis: vltimo vero modi mingendi. Sed hoc intelligēdū fore vt in pluribus ⁊ in his maxime dispositionibus quarū bonitas: aut malitia pēdet ex bona ⁊ mala digestione siue in nocitiuo illā fit: siue in iuuatiuo: cuius rōnalis haberi pōt. Quāto eniȝ aliq̄d magis ex bonitate: aut malitia: ⁊ vl'r qualitate dig̃onis in esse depēdet tāto magis i vrīa est significatiuū dispōnū a dig̃one pēdētiū. Talis v̄o sunt hypostasis: sub̄a: ⁊ color. q̄ ista tria inter reliqua p̄ncipatū obtinēt in certitudine iudicij: inter que iteruȝ ordo esse ꝓhibet̄: qm̄ hypo. sub̄am p̄cellit ⁊ sub̄a colorē. De hypo. v̄o cap'lo ꝓprio demōstrabitur: vbi de significatione hypo. agimus. De sub̄a v̄o ⁊ colore paulo post in hoc cap'lo fiet clarum. Sed tn̄ in alijs dispositionibus: que nō depēdent ex dig̃one sicut in ethica: aut dyabetica: vel strāguria: ⁊ alia hmōi: non est incōueniēs aliter aliū inter se hr̄e principatuȝ quo ad significandū: ⁊ sic in his dispositionibus. ⁊ sibi similibus ꝯsimiliter sentiēdum est: quū ab alijs causis magis depēdeāt in esse q̄ȝ a bonitate: vel malitia digestionis: puta difficultas mingendi ab altera cā dependet. ⁊ iō eius rei directius est significatiua. Hoꝝ aūt oīum particularē significationē: sup quā p̄ncipatum obtinet suis locis: vbi opus fuerit explanabim⁹. ¶ Pretermittendum scd̄o: ꝙ significationes ẜm gnālez consideratione haberi possunt: si differētiarum in vrina repertarum causas nouerimus: ⁊ tunc referēdo illas ad suas causas colligemus ipsarum ꝓpria significata: qm̄ glibet effect⁹ est signū sue cāe. Igit̄ ꝯstitutis singulis differētijs in ordine sicut supra egimus tanq̄ȝ effectib⁹ vt vniuscuiusq̄ȝ differētie cā inueniat̄ ad ipsamq̄ȝ referatur: ⁊ sic efficit̄ illius cāe ꝓprium signū: ꝙ vbi ita fiat nō video: quin hec traditio de significatione vrinaruȝ habita sit demōstratione. ¶ Ubi ⁊ tertio aduertēduȝ ꝙ tria sunt in gn̄e p̄ncipalia: lȝ plura forte esse possint: de quibus locis suis mentionē faciemus. ea. s. que p̄ncipaliter cā esse possunt differentiarū vrine: vel ad que ipse differētie referri valent: puta humores: q̄litas digestionis: ⁊ qualitas cōplexionalis mēbrorū nālium: ⁊ maxime epatis: ⁊ venarū ad que tria differētie vrinarum referri possunt: vel sub rōne signi: ⁊ ipsa tria supra noīata rōnē habebūt significatoꝝ: aut referri pn̄t sub rōne effectus: ⁊ illa tria rōnē cause obtinebunt. sed digestio inter cetera dupl'r. Differētiaruȝ vrinaꝝ cā esse pōt ẜm ꝙ ipsa duplex est. vna. s. in iuuatiuo ⁊ altera in nocitiuo: quare ⁊ nō absq̄ȝ rōne inferius, nō tm̄ simplicium differētiarū significationes referunt̄: que a digestione depēdent in iuuatiuo: sed ēt significatiōes digōnis in nocitiuo: ⁊ maxīe in acutis febribus dicēte Gal. p̄mo de crisi. Cum febris sit egritudo in venis pulsatilibus: ⁊ vene pulsatiles sint ingrediētes in germine venarum: vt luciniū illius: in quo intendit̄: est vt consideres vrinā hac rōne edoctus. vt patebit inferius in plurimis locis: aliq̄n simul aliq̄n seorsum significationes differentiarū vrine exprimunt̄ in sanis: ⁊ egris corporibus in digestiōe iuuatiui ⁊ digōne nocitiui. ¶ Quarto intelligendū: ꝙ colores: quo ad eoꝝ rōnē hanc tertiā significationē suscipiūt ẜm ꝙ ab his tribus cāri dicunt̄ ab humoribus. s. qualitate digestionis: ⁊ q̄litate cōplexionali nālium mēbroꝝ. Et sic soliti sunt dicere medici: q' color tripliciter gnātur in vrina. s. per ꝯmixtionē: per digestionē: ⁊ per simplicē alterationē. Nam ab humoribus. hoc est per cōmixtionē ipsoꝝ aliter: ⁊ aliter vrina tingit̄ ẜm ꝙ aliter ⁊ aliter humor in corpore dn̄at̄: ⁊ vrinali aquositati imiscet̄. Nam si colera vrine misceat̄: nulli dubiū q̄n colore croceo vrina tingat̄. si flegma albo: si sanguis rubeo. Tingit̄ etiā vrina scd̄o loco aliter: ⁊ aliter ẜȝ digōnis varietatē: ⁊ maxime scd̄e digōnis: que fit in epate. Nā ibi capit trāsmutationē ⁊ colorē dum simul cū humoribus digerit̄ lȝ aliq̄d colorest̄ p̄ ipsaȝ digestionē in epate. Ab optima igit̄ digōne nulli dubiū: ꝙ vrina citrina: aut parū a citrino declinans causabit̄: vt citrina ruffa ⁊ ruffa: a diminuta vero digestione propter frigiditatem coloris in vrina fient albedini attestātes: vt glaucus: karopos ⁊ similes

Tria sunt p̄ncipalia ad q̄ d'rie vrinarū referri pn̄t.

Color i vrina a tribus causatur.

⁊ similes. A digestiõe vero diminuta propter caloris excedentis impedimentum causabuntur in vrina colores ad rubeum: vel nigrũ tendentes. Tingitur ⁊ tertio vrina aliter ⁊ aliter ſm varietatez qualitatũ complexionaliuz. vnde aliquis color cãtur alr a frigiditate: aliter a caliditate: aliter vero a tẽperato calore ⁊ frigore. A caliditate eniz causantur omnes supra mediocritatẽ colores. s. rubedinis: ⁊ nigredinis: a frigiditate omnes infra mediocritatẽ: ⁊ citrinitatis colorẽ ⁊ albedinis: a temperato vero calore color citrinus ⁊ sibi ꝓpinquius causant̃: lz modus cãndi colores in ipsa vrina cõplexionales per qualitates reduci valeat ad illũ: qui est de q̃litate digestionis: tñ cum illo nõ ponit q̃litates cõplexionales: nõ ponunt in vnũ cum q̃litate digestionis in numerum: q2 est ab eo distinctus: vt colligi põt ex mente Auicẽ. dum dixit: nõ esse diu vrinã retinẽdã in corpore: aut vrinali: q2 tingit̃. Idẽ fere exprimit̃ prima q̃rti de signis sumptis ex tenuitate vrine. Cum igit̃ inueneris aliquã sufficiẽtiã coloris in vrina reduc ipsam in suã cãm. s. in humorẽ: q̃litatez digestionis ⁊ q̃litatem complexionalẽ mẽbrorum: ⁊ taliter iudica de ipsa vrina: quo ad colorẽ. ¶ Intelligendum ⁊ quinto: ꝙ hec que de coloribus iam dicta sunt. idẽ suo modo intelligendum de alijs: que in vrina attenduntur. s. suba: q̃titate: colore: sapore ⁊ ceteris. ita vt ĩ suas causas referunt̃ humorum. s. digestionum: ⁊ q̃litatum complexionalium: ⁊ aliarum cãruz: si alie sunt reliquorum cause: ꝓut locis suis videbimus. ¶ Sed de suba ⁊ colore spãliter intelligendũ: ꝙ cum q̃ttuor sint q̃litates complexiõales. s. caliditas: frigiditas: siccitas: ⁊ humiditas: ipsaruz tñ due. s. actiue: puta ca. ⁊ frigi. magis habẽt ⁊ clarius significari per colores q̃ per cetera: cũ colores ipsi magis ab actiuis q̃litatibus dependeãt q̃ a passiuis. Caliditatis eniz est colorare: frigiditatis ṽo discolorare seu albificare. Relique vero due. s. passiue: puta siccitas ⁊ humiditas per differẽtias sube proprius significant̃: qm̃ per ipsas tanquaz per proprias causas maxime fit mutatio in substãtia vrine. Uñ he due immutãt vrine subam. Nam siccitas cãt in vrina subtilitatẽ: ⁊ humiditas grossitiez. siccitatis. n. est attenuare: humiditatis vero ingrossare. ⁊ has faciunt q̃litates complexionales in vrina immutationes. ¶ Ex q̃bus lz colligere duas vniuersales regulas cum q̃busdã in iudicijs vrinarũ sũme vtiles ⁊ necessarie. ¶ Prima regula. Oĩs vrine coloratio a caliditate causat̃: ⁊ omnis discoloratio a frigiditate. Corm. Omnis vrĩa colorata caliditatẽ significat: ⁊ omnis discolorata frigiditatẽ. ¶ Secũda regula. Oĩs vrĩe grossities ab hũiditate cãtur: ⁊ eiusdẽ sbtilitas a siccitate. Corm. Oĩs vrina grossa dominium significat humiditatis: ⁊ subtilis siccitatis dominiũ ostẽdit. ¶ Ex q̃bus vltimo sequit̃ ꝙ in vtrisq3 mediocritas. s. coloris ⁊ sube tẽperamẽtũ significat. ¶ Addit̃ ⁊ vlterius altera regula: ꝙ ꝑncipale ⁊ cõmune agens in vtriusq3 ꝓductione. s. tã coloris q̃ sube est calor nãlis. recipit. n. vrina ⁊ maxime in nãli dispõne ab actiõe caloris naturalis subam ⁊ colorẽ. ¶ Ex his ꝑterea bene intellectis vltimo licet soluere difficultatẽ: que de ꝑmatu inter colorẽ ⁊ subaz in significãdo exorit̃: necnõ ⁊ de ꝑoritate temporis gñationis eorũ: quã mouet Cõciliator differẽtia. 85. Et ꝑtermissis hincinde obiectionibus veritas duntaxat exprimat̃ quã nõ solum dictis supra consona: sed etiam ad mentem extat Gal. Tres cũ sint cause: ⁊ coloris ⁊ sube: necnõ ⁊ hypostasis vrine. s. quo ad actionẽ q̃litatum ⁊ humorum tangentiuz ab impressione caloris naturalis.

Qualitates actiue magis imutant colorem. passiue magis substantiam vrine.

Color an vrine s̃ba magis in significando sit considerãda. Et q̃s eorũ prius tempore gñet̃.

⁊ sic nõ incõuenit ipm colorẽ prius gnãri in vrina: ⁊ super simplicem: cuius aquositatez fundari anteq3 aquositas aliquo modo a calore naturali permutet̃. ⁊ tunc per ɔñs etiã potius significare ipsum colorẽ super huiusmodi actionẽ qualitatũ: ⁊ hũorum tangentiũ. Cr si vero color: ac etiã suba ad actionem referant̃ caloris naturalis: ⁊ eius decoctionẽ ꝓpriam: ⁊ naturalem: nulli dubium caloris actionem prius liquorẽ: hoc est vrine subaz ꝓducere: dehinc vero colorẽ: ⁊ huius digestionis sigñatio sube magis tribuẽda est q̃ colori. ¶ Sed intelligendum tñ Gal. placuisse etiã colorem ꝑcedere sube digestionẽ a calore nãli factã ⁊ subsequi eãdem sicut colligit̃ ꝑmo de crisi cuz dixit. Urina pallida: vel sub nigra digestionẽ esse iã coloris gratia. Sed opz eã grossitudine in tm̃ segregari ab aquosa: si futura est ad digestionẽ. ⁊ postea colligẽdo subiungit. Expleta digestione intẽdit ea: que coloris: ⁊ minus sube: qḋ exẽplo ꝓbans dicit. Et si tꝑi ampliori custodieris hoiem ieiunum videbis ipsum colorẽ magis fientez. Satis ergo ex hoc textu colligit̃ aperte: ꝙ color aliquo mõ subam ꝑcedit: ⁊ aliquo mõ eã subsequit̃.

¶ De significationibus substãtiarum vrine ⁊ differentiarum eius. Cap. IIII.

Resuppositis his tanq3 fundamentis supra notatũ ordinẽ sequẽtes significatiões oĩum ostendamus. Et ꝑmo eas que a suba accipiunt̃ ſm suas differentias seorsum sumptas vt diximꝰ. Eius ṽo differẽtie erãt subtilitas: grossicies: ⁊ mediocritas.

¶ Subtilitas in vrine suba: seu tenuis vrina cõplexionem significat frigidã ⁊ siccã. aut hũorem siccũ in corpore abundare: aut digestionis ꝑuationẽ: aut opilationem: aut debilitatẽ digestiue epatis: aut attractiue renum nõ attrahentiuz nisi subtile: vel forte attractiuã renũ fortẽ: aut expulsiue debilitatẽ nõ valentis expellere nisi subtile: aut multã aque potatiõez. ¶ Hec oĩa sic ꝓbant̃: si tñ prius aduerterimus: ꝙ ꝑma tria supra nũerata significata talis vrina per se significat tãquã ꝓprius effectus suã cãm: reliq̃ vero significat per accidens: qm̃ nõ sunt cãe efficientes: ac mãles talis vrine nisi per accidens. ergo frigiditatẽ ⁊ siccitatẽ cõplexionis: ⁊ humorẽ siccũ in corpore dñantẽ ⁊ digestionis ꝑuationẽ per se talis vrina significat: opilationẽ ṽo ⁊c. que sequebant̃ per accidens. Prima pars huius ɔclusionis sic ꝓbat̃. Tenuis vrina illud per se significat a quo ĩmediate cãtur. sed a tali cõplexione: ⁊ talis hũoris mixtione: ⁊ diminuta digestione cãtur. ergo significat cõplexionẽ talẽ: ⁊ talẽ humiditatẽ ⁊ digestionẽ talez: ɔsequentia nõ cũ maiori: ⁊ minor pz per superius notata. Scḋa pars sic deducit̃. Et ꝑmo de opilatione. Nã talis vrina si nõ cãetur ab aliquo de ꝑdictis: sed ꝑ ꝑdictorũ ꝑuationẽ: tunc est signũ impermixtionis hũorum cũ tali vrina. ⁊ sic significare hz opilationẽ: aut digestiue debilitatem: qm̃ stãte debilitate digestiue nõ põt cũ vrina hũorũ suba misceri. ⁊ sic remanet liquor aquosus purus ⁊ subtilis: aut si virtus sit fortis ⁊ humores misceant̃ tñ ꝓp stricturã viarũ ⁊ venarũ gibbi epatis ꝑtes grosse ad renes trãsire nequeũt. ⁊ sic solũ ꝑtes subtiles. ⁊ aquose trãseunt: ⁊ talis inde: hoc est tenuis remanet vrina. ¶ Probat̃ vlterius: ꝙ possit significare debilitatez virtutis retentiue epatis ⁊ attractiue renum: qm̃ stãte ṽtute debili retentiua: vrinalis aquositas nõ tãdiu retinet̃: vt possint hũores cũ vrĩa misceri: ⁊ si misceant̃ stante debili attractiua renum

nō possēt per ipsos attrahi. ¶ Significat penultimo
renū attractionē fortē: aut multe aque potationē. Nā
forti attractiua renum fit subita aquositatis attractio
ab epate: ꝛ nō ꝑmittitᷣ tādiu in epate residere: vt hūo/
ribus misceatᷣ. ꝛ sic imixta subtilis attrahitᷣ: nec ꝑ hoc
tollitᷣ qn per se significet frigiditatem: vt superius dixi
mus: qm̄ hoc est per accidens. Sed ꝓpter istā fortem
attractionē: que fieri maxime cōtingit a caliditate re/
nuz: qd̄ faciliter distingui potest: quoniā hec subtilitas
a frigiditate est coniuncta cum paucitate. qn̄ vero est
a caliditate: est coniuncta cum multitdine. Est ꝛ aliud
signū distinctiuum in colore: quoniā quādo est a frigi
ditate: est alba ꝛ vt plurimuz: tincta vero qn̄ est a cali/
ditate. ¶ Significat vltimo loco multam aque pota
tionem: quādo sui q̄ꝫtitate relaxat contentiuā mēbro/
rum. ꝛ sui qualitate remittit eorūdem calorem. ꝛ sic
exit: sicut habebatur: bibebatᷣ autez subtilis. ꝛ sic subti
lis remanet. ¶ Aduertas tamē talia magis verificari
si iuncta sint cum subtili suba: albedo quo ad colorem
limpiditas quo ad diaphanitatem: qm̄ de tali loquutꝰ
fuit Hypo. 4ª affori smoꝝ. Quibuscū q̄ꝫ vrina limpida.
¶ Urina vero grossa horum opposita significat: ꝛ ma/
xime trium ꝑmorum. Significat. n. complexionez ca/
lidam ꝛ humidā: digestiuam fortez ꝛ humidaz humo
res cum ea fore cōmixtos: scilicet flegma: aut sangui/
nem. Hoc autē probatᷣ pari ratione sicut supra: opposi
to tamen mō: cum sicut oppositū in opposito. ita pro/
positum in proposito.

Urine grosse signationes.

¶ Urina in substātia mediocris temperatā significat
complexionem: perfectam digestionem non diminu/
tam frigiditate: neq̄ꝫ destructaz excellentia caloris: et
equationem in mā: ꝛ humorum mediocriuz in corpo/
re congeriez. Hec sic probantᷣ. Tenuis: ꝛ grossa nō si/
gnificant ex se nisi indigestionē: sed cum tenuis ingros
satur: aut grossa subtiliatur: tunc significant digestio/
nem: qꝛ equationem versus medium: cuz ipsa sint ex/
trema. sed mediocris vrina ex ingrossatione subtilis
aut subtiliatione: grosse fieri hꝫ. ergo in omnibus me/
diocritatez significat. ¶ Correlarium qd̄ ex hac ꝓba/
tione deducitur. Urina subtilis post grossaz: aut gros/
sa post subtilem si cum alleuiatione fiant: bonuz signi
ficāt. ¶ Correlariuz. Urina grossa manens grossa: mi
cta subtilis ꝛ manens subtilis indigestionē significat.
probatur vt supra. ¶ Correlariuz qd̄ ex principali se/
quitur. Urina pueroruz vsq̄ꝫ ad iuuentutē dꝫ esse gros
sa. ꝛ iuuenum vsq̄ꝫ ad finem vite q̄ꝫtum est merito eta
tis debet esse subtilis. ergo vrina subtilis in pueris est
mala: ꝛ grossa in iuuenibus. ¶ Probatur tam primū.
correlarium q̄ꝫ eius consequens. Corpora enim pue/
rorum abundant humoribus humidis. s. flegmate ꝛ
sanguine. ergo debet esse grossa: ꝛ per oppositum alia/
rum etatuz: debet esse subtilis. ¶ Probatᷣ scd̄o scd̄m
correlariuz. Pueri ꝛ adoloscentes indigent magis hu/
miditatibus: ꝛ per consequēs plures attrahunt q̄ꝫ cor
pora aliarum etatum propter augmentum necessa/
rio requisitum in eis: ꝛ plures per consequens multi/
plicant superfluitates. ergo est grossior. eius cōtrariū
est in alijs etatibus. Consequēs vero qd̄ ex correlario
deducitᷣ probatur: qꝛ q̄ꝫto vrina remouetur a disposi/
tione naturali: tanto est deterius signuz: sed in pueris
cuz est subtilis magis remouetur a naturali sua dispo

Uria tenuis in neutro decidentie.

sitione: cum debeat esse grossa. ergo est deterior. ¶ Si
talis vrina appeat in neutris decidentie: significat apo
stema eius loci: in quo percipitur dolor. vel si dolor nō
fuerit in aliquo particulari membro: significat vario/
las. Probatur: quoniam illud significat apostema: qd̄
significat materiam retineri in eo membro: in quo cā/
tur dolor. sed vrina tenuis est huiusmodi. Eodez mō
probatur scd̄a pars: qꝛ vbi nō fuerit dolor in ꝑticulari
membro ꝛ vrina subtiliatᷣ cum grauedine totius: signi
ficat totius apostemationem cum perueniat a reten/
tione māerum in toto. ¶ Tenuis etiaz vrina in neu/
tro conualescentie significat recidiuā. s. si grossam seq̄
tur. Probatᷣ: qꝛ significat humores a sua nāli disposi/
tione multum fore elongatos: ꝛ virtuti expulsiue non
obedientes: ꝛ eorum retentionem: sed retenti cū mul/
ta extremitate ꝛ virtutis debilitate arguit nām fore

Uria tenuis in principio acutarum.

vincendā: quare arguit mortem. ¶ Tenuis vrina in
principio acutarum apparens si sine alleuiatione mu/
tetur in grossa corporis significat dissolutionē. Patet
ex eo ꝙ sumus certi: ꝙ nō igrossatur per viā expulsio/
nis humorum cum vrina: qꝛ tunc sequeretur alleuia/
tio. ergo necessario est hūiditas substātifica mixta cū
aquositate humorali. sed talis non venit sine consum/
ptione corporis ꝛc̄. ¶ Licet tā grossa q̄ꝫ subtilis vtra/
q̄ꝫ indigestionem signat. ꝛ maturationis priuationez:
grossa tm̄ aliquādo significat maturationem grossorū
humorum: aut apostematis eruptionez. vt pꝫ in statu
putridarum maxime virtute existente. ꝛ alijs signis
bonis apparentibus. Probatur sic. Tunc eni grossa si/
gnificat digestionem: quādo per virtutem expulsiuā
expellitur mā grossa: que permiscetᷣ cum aquositate. ꝛ
ideo si sequitur requies: ꝛ alleuiatio cū tali expulsione
significat bonum: qꝛ significat virtutem esse fortē in
euacuādo mām grossam cum aquositate. Qꝛ si ista al/
leuiatio non seq̄tur. ꝛ a principio appeat grossa. ꝛ conti
nuet. tunc significat malum: sicut dictum est superius
de tenui. Et breuiter vrina grossa est bonum signuz: si

Uria tenuis i acutis egritudinibus est deterior grossa.

seq̄tur alleuiatio. ¶ Correlariū. Deterior ergo est vri
na tenuis q̄ꝫ grossa in acutis egritudinibus. Probatur:
qm̄ grossa. vt ꝓbatuz est: nō tm̄ signat indigestionem.
subtilis oino signat indigestionem: ergo ꝛc̄. ¶ Grossa
ꝛ spissa vrina in sanis seu neutris decidentie si cū do/
lore capitis appeat: futurā febrē signat. Probatᷣ: qm̄
stāte dolore capitis arguimꝰ ebulitionē fieri in hūori/
bus: qm̄ talis dolor nō ꝓuenit nisi ex eleuatiōe vapo/
rū grossoꝝ: sꝫ mā bulliēte cātur febris. ergo ꝛc̄. cetera
ꝓbantur. Urina grossa in sanis si sine dolore: ꝛ mole/
stia supuenerit expulsionē signat supfluitatū. Probatᷣ
qm̄ nulla ꝑcessit egritudo: nec dolor. ergo solū expul/
sionē signare pōt. Pꝫ ꝯñtia: ex eo qꝛ talis grossities nō
ꝓuenit nisi ex admixtiōe hūoꝝ cuz vrina seu supflui
tatū: aut hūiditatis substātifice: sed in sanis alr̄ admi/
sceri nō pōt nisi ꝑ viā expulsionis. ģ ꝛc̄. ¶ Eadē vrina
apparēs post dolorē alicuius ꝑticularis mēbri intrin/
seci diu ꝯtinuati. si cū alleuiatiōe appeat: apostematis
signat eruptionē. Probatᷣ: qꝛ cū dolor ille fixꝰ aposte/
ma denūciet. ꝛ ꝑ vrine grosse appitiōez seq̄tur alleuia
tio: alr̄ fieri nō pōt nisi apostema sit eruptuz. ¶ Uria
grossa sine talibꝰ ꝯditiōibus vlcus in vesica: aut collo
eiꝰ: q̄ꝫuis aliā egritudinē portēdit. Probatᷣ: qꝛ vbi oīa
alia signa desint: ꝑ q̄ attestatᷣ alijs egritudinibꝰ: rema/
net solū egritudo mēbri vbi residet: sꝫ h̄ est vesica ꝛc̄.

Uria grossa in acutis passionibus.

ģ ꝛc̄. ¶ Urina grossa ī acutis passionibꝰ signat corpis
liq̄factionē: rō ex supradictis facile colligi pōt. ¶ Ad
damus ēt ꝙ ꝛ vria: q̄ mingitᷣ subtilis: ꝛ manet subtilis
ablatā qdē mãe signat digōnē: q̄ vō mingitᷣ subtilis: ꝛ
postea igrossatᷣ ꝑnᵐ signat digōnis. ¶ Itē vria q̄ min
gitᷣ grossa: ꝛ manet grossa: nō solū indigōnē: sꝫ nãe tur
bationē signat. Que vero grossa mingitᷣ: ꝛ postea sub/
tiliatᷣ

tiliaꝛ̃ pn^m^ dñy vtutis supra mãz sigñat. Hec ꝓbabunꝛ̃
in sequẽti cap. vbi de turbulẽtia siĺes ꝓpões ponenꝛ̃.

¶ De significationibus dyaphanitatis. Cap. V.



Sequitur vt oñdamus significatio
nes dĩntiaꝝ dyaphanita
tis: cuz sit sube maxime affinis: adeo ꝙ pu
tent nõnulli non esse aliud genus dyapha
nitatis a suba: cui⁹ ꝯtrariũ supra bñ ꝓbaui
mus. Erãt aũt ei⁹ dĩntie claritas: turbulẽtia: ꝛ medio
critas. ¶ Sed intelĺnduz ꝑus ꝑ vli notitia dyaphani
tatis: nec non ꝛ sube: ꝙ in vrina infirmoꝝ ad intra cor
pus: sicut in oĩbus hũoribus agit calor nãlis ꝛ ꝓternã
lis: que postea exiẽs ad ex̃ defert secũ vestigia vtriuſ
ꝗ agentis: ꝛ ꝭm impressionẽ maiorẽ vnius vel alteri⁹
sequiꝛ̃ postea in vrina altera vel altera dĩntia tã sube:
q̃ꝫ ẽt dyaphanitatis. vrina g̊ turbaꝛ̃ ex cõmixtiõe hu
moꝝ opacoꝝ: vel vapoꝝ: aut fumositatũ cuz suba vri
nali. Ingrossaꝛ̃ vero ꝛ inspissaꝛ̃ per mixtionẽ humoꝝ
grossoꝝ ꝛ viscosoꝝ. g̊ turbulentia ꝛ grossities non coin
cidunt: nec subtilitas ꝛ claritas. Et hoc expressit Auic.
capĺo de signifitionib⁹ substãtie vrine inuens differẽ
tiã inter spissam: ꝛ turbidã: ꝛ subtilẽ: ꝛ trãslucentẽ: ꝛ ait
sic. Uerũ tamẽ inter spissaz: trãslucentẽ: ꝛ tenuẽ super
translucentẽ existit dĩntia: qñ spissa translucens cum
motu inundaꝛ̃: nõ fiunt partes eius inundate multuz
parue: imo magis in ea accidũt. Uñ ꝛ eius motus sunt
tardi: ꝛ cum spumat fit eius spuma multarũ ampulla
rum ꝛ ipsius ampulle nõ cito rumpunꝛ̃. Sequiꝛ̃ ergo
hypoſta.ſignificatio manifeſtioꝛ. ſi conditionum ipſi⁹
neceſſitatem oſtendemus:quoniam ex eius conditio/
nibus arguitur completa digeſtio in toto coꝛpoꝛe: quo
niam talis hypoſta. cauſatur ex victoꝛia caloꝛis natu/
ralis ſuper materiam reſiſtentem cõuerſioni.ergo eſt
alba equalis ꝛc̃. Conſequẽtia clara eſt:cuꝫ caloꝛ natu/
ralis regulans ꝛ diſponens materiam inducit omneꝫ
modum pꝛeparationis: ſm quem poſſit illam in ſub/
ſtantiam membꝛoꝛum conuertere:quaꝫ ſi conuertere
in nutrimentũ penitus non valeat:ſaltẽ diſponit vt ſi/
mile ſit ꝑpꝛie nutrimẽto mẽbꝛoꝝ radicaliũ:que ſunt al
ba:lenia:eq̃lia:ꝛ foꝛme pinealis: cũ ꝺ nã calidi ſit aſcẽ
dere in hũidi figura. Añs pmũ de ſe ẽ notũ: qm̃ aliter
hypoſt.nõ foꝛet nãlis:ꝛ nãlis caloꝛ non vinceret mãm
reſiſtẽtẽ. Neceſſitas ẽt ex q̃dã ſimilitudine appet:quã
Ha.pmo de criſi notat:ꝛ eã replicat Yſaac.ſ.ꝙ hypoſt.
nõ aliter ſe hꝫ in hũoꝛibus ꝛ ſanguine q̃ꝫ ſe hꝫ in diſpõ
nibus nãlibus ſperma pꝛo gñatiõe:ꝛ lac pꝛo nutritiõe
ꝛ in diſpõnibus innãlibus ſicut ſe hẽat ſanies albi apo
ſtematis ad ſanguineꝫ ꝛ hũoꝛes. Sed ſperma lac ꝛ ſa
nies fiunt a natura alba:lenia:equalia in partibus foꝛ/
me rotunde:licet figura pyramidalis nõ appareat:tñ
globoſitas ꝛ rotunditas deſcendens ad inferioꝛa ꝛ ſi/
milia. Que ratione pꝛobantur. ꝛ pꝛimo ꝙ ſit alba pꝛo/
batur. nam cum nã in ſui decoctione dominatur: hu/
midum bene coctuꝫ efficitur coloꝛis albi: odoꝛis boni
ſube mediocris in ptibus:ꝛ ſilia. Si vero deficiat a de
coctione:hoc eſſe nõ põt niſi ꝑuatiõe ꝛ diminutiõe ca/
loꝛis nãlis:aut pternãlis dñio. ꝛ ſic aut crudũ ꝛ in indi
geſtum reddit humiduꝫ: aut aduritur. ꝛ ſic hoꝛribilis
fit in odoꝛe:diffoꝛmis in ptibus:in coloꝛe aut alba mu
cillaginoſa:aut cineritia. Nec tamẽ curandum:ſi hypo
ſtaſis p coloꝛe ſibi laudabili exigat albedinẽ:cũ vrina
alba ſignificet cruditatẽ. Sed dicendũ cũ Yſaac:ꝙ hy
poſtaſis cũ ſit pars ſuperflua inutilis: quam reſuit nã
ex nutrimẽto vltime digꝫſto opꝫ ſuſcepiſſe coloꝛẽ mẽ/
bꝛis ꝯfoꝛmẽ. Item etiam ꝛ cum ſanguis ſecũdo deco/
ctus:qui poſt complementuꝫ ruboꝛem amittit. ꝛ cum
nullus ſit coloꝛ:aut membꝛis ſimilioꝛ:aut ad recipien
dum membꝛoꝛum coloꝛes aptioꝛ q̃ꝫ albedo. ideo ei al
bedo tribuitur:ſicut ſaniei:ꝛ ſpermati:ꝛ lacti. Uria vo

seu liquor:cum solum suscipiat primam:aut secundaz caloris actionem:tamen priuatur colore aquositatis:ꝛ incipit in ea postmodum ex actione caloris remissus color apparere. Jdeo a principio cum nullus color appareat digestione dicitur priuata maxime prima:aut secunda. Ad inferius tendit cum inter vrine partes sit corpulentior:sed tamen ideo pendens:ꝛ non totaliter descendens:qr naturalis caloris impressionem seruās leuigatur:cuz grossior sit pars totius vrine. ¶ Fit etiā pinealis:ꝛ rotunda:quoniaz hec forma valde naturalis existit: ꝛ que naturaliter mouentur sursum sicut ignis hanc figuram sibi sumunt: quoniam forma est subtilitatem ꝛ leuitatem arguens. Huiusmodi est etiā forma cordis:vbi sedes est naturalis caloris.ergo vbi libera est eius actio: non soluz qualitates alias imprimet scdm formaz:q̄zq̄ȝ situs videatur alienus: quoniā cordis basis in parte appet superiori: ꝛ pyramis in inferiori. Jn hypostasi vero contrarium:cum basis inferius: ꝛ pyramis superiꝰ appareat. Sed hec difficultas facile tollitur:si hominem arborem euersam fore intelligamus. ¶ Fit etiam equalis ꝛ vniformis: vt appareāt humores equaliter obedientes ꝛ natura equaliter disposita ad actionez. ¶ Et est vltimo leuis ꝛ facile mobilis ad superiora ꝛ ad iferiora: vt sit obediens nature:ꝛ natura eam regulans absq̄ȝ immixtione cuz substantia vrine conseruet. Ex quibus omnibus facile conuincitur:ꝙ vbi omnia hec in hypostasi reperiantur:ꝙ completam ꝛ perfectam arguant digestionem ꝛ maxime tertiam. Si vero omnia desint: imperfectissimam. Si vero aliqua ꝑm magis ꝛ minus fiet innaturalis hypostasis. ꝛ ideo indigestionis significatiua.

Hypostasis i forma simi lat cordi:licz cōtrio fuādū videatur.

¶ De hypostasi illaudabili iaz dicendum:ꝙ cū illa illaudabilis sit hypo.cui altera vel plures istarum conditionum deficiunt. ꝛ vnicuiq̄ȝ tanto erit deterior q̄ȝto plures ex his deficiunt conditiones: vniuersaliter dicamus in primis omnem illaudabilem hypostasiz diminutionem significare actionis caloris nālis:ꝛ maxime quo ad actionez tertie digestionis. ¶ De singulis vero particulariter discurrentes dicamus primo loco q̄ȝtitatem ad colorez hypost.licet recipiat illas.20.differentias supra enumeratas:nobis tamen satis erit de 5.principalibus significationibus exponere: quoniam ex his relique fient mãifeste. Sunt aūt.5.nigra:rubea citrina:alba:ꝛ viridis. Et in primis imponēdo graduationez inter ipsas:alba minus mala ceteris.deinde rubea:postea citrina:postea illa:que est viridis:vltimo nigra horum omniū ratio ex ordine defectus nature in caliditate adurēte:aut in frigiditate:ꝛ accessu:ꝛ appropinquatione ad mediocritatem deduci potest. ¶ Hypostasis nō eo mō alba quo supra de nāli diximus: sȝ alba mucillaginosa:ac spumosa cruditatem significat: aut vehementē vnctuositatis mixtionez. ¶ Hypost. nigra eadem fere significat:que ꝛ vrina nigra:dempto ꝙ hypost.nigra sine nigredine vrine melior est q̄ȝ ecōtra. ¶ Hypost.viridis cum via sit in nigredinez idez significat:sȝ nō ita fortiter. ¶ Hypost.citrina ardētissimum significat calorez. ¶ Hypost.rubea sanguinis abundantiam:ac fastidiuz significat. ¶ Significationes differentiarum substātie hypost.illaudabilis eedē sunt significationibus substātie vrine. ¶ Judicia q̄ȝtitatis hypostasis similia iudicijs q̄ȝtitatis vrine sunt. ¶ Judicia difformitatis materiam arguūt etherogeneam:ꝛ calorez non vniformiter applicatum. Sed tñ intelligenduz:ꝙ in hypost.illaudabili minus est mala difformitas q̄ȝ vniformitas. ¶ Simile est iudicium de continuitate ꝛ discontinuitate partiuz: quoniā licet illaudabili:ꝛ naturali hypost. cōtinuitas sit conueniēs illaudabili:quāto in magis continua:tanto magis mala. ¶ Tempus vero apparitiōis hypost.,tarditatē:vel breuitatem arguit digestionis. Quanto enim tardius apparuit:tanto debiliorem significat naturam:ꝛ inobedientiorem materiam:ꝛ econuerso suo modo. ¶ Situs significatio de hypost.talis habetur:quoniaz cum est natans in sūmitate:ꝛ dicitur nubes p̄ncipiū sigñat digestionis:si cum reliquis conditionibus bone vrine concurrat.ꝛ ideo tantum deficit a bonitate digestiōis q̄ȝtum situs ille a fundo. Jn medio vero pendens augmentum in digestione sigñat. cum vero ad funduz descenderit:digestionis complementuz. ¶ Contra vero intelligere oportet:ꝛ contrario modo de his tribus sitibus:si cum malis ꝯditionibus vrine coincidant: qm̄ quando est natans.ꝛ dicitur nēphilis primū significat dominium morbi:cum vero est in medio dicta neorima:augmentum significat. Cuz vero residens penitus est:tunc nature defectum:ꝛ morbi victoriā significat. Probantur he propōnes:qm̄ nā humores:excoquens q̄rēs icipe facere hypostasim humores in primo dissoluit in quādam ventositatem grossam:quā cum mouerit in altum subleuat tanq̄ȝ ad locum proprium:vt ibi cum ascenderit vrine liquorem turbidum reddit: ꝛ ipsam ingrossat:ꝛ grossas partes:ꝛ fecales humores secum deferens: virtute sui motus quādam quasi nebulam efficit. Cum vero vlterius natura in opere decoctiōis progreditur: ventositatē magis subtiliat:qua subtiliata pars terrestris non potest ita in altum ferri:ꝛ sic in medio remanet: ꝛ ibi in hypostasim condensatur. Completa vero actiōe ꝛ decoctione vlterius ꝑs aerea:ꝛ ventosa integre resoluta euolat:ꝑs grossa ꝛ terrestris in fundum manēs:ibi hypostasim efficit remanente clara reliqua vrine substantia. Cōtrario vō mō fieri contingit:quando morbi malitia naturam superauerit.ꝛ ideo dicebatur ad hoc:vt tales situs bonum significent:vt esset cum eis concursus reliquorum signorum bonoꝝ. Quoniam locus hypost.ꝑm ꝙ locus: aut ꝑm ꝙ talis locus ex se bonum:aut malum significare nō habet. Jdeo hypost.natans licz in principio significet digestionis initium cum concursu reliquoruz signorum bonorum:tamen aliquando principium designat victorie morbi.ꝛ in medio residens augmentū ꝛ in fundo residens vltimum morbi dominium: si cū alijs signis concurrat malis.

Hypostasis illaudabilis.

¶ De significationibus reliquoꝝ ꝯtentoꝝ. Cap. X.

Postq̄ȝ significationes hypostasis tā laudabilis q̄ȝ illaudabilis enodauimus:tempus est vt ad reliqua contenta accedamus:iter que primo circulus occurrit. deinde vero ampula. ꝛ sic deinceps. ¶ De circulo igitur dicamus in p̄mis:ꝙ ipse super cerebri dispositiones significationem habet ꝑm ꝙ in prima distinctione satis clare probatum est. ¶ Circulus qui totus spumosus apparet. hoc est quando tota substantia circuli spumosa est:sensus iterioris significat turbationem:quoniam talis spumositas viscositatem:ꝛ ventositatem arguit in ventriculis cerebri: ex quibus cerebri operationes obtunduntur:cuiusmodi sunt sensus interiorꝫs omnes. ¶ Circulus plumbeus epilepsiam significat:patet pro tanto:quoniam melācoliā:aut flegma in meatibus cerebri sigñat:eius vias opilans:ꝛ sensus ingrossans. ¶ Circulus viridis etiaz melācoliā sigñat:qm̄ calorē cerebri mōtificatū arguit

De circulo.

iuxta ea:que dicta sunt supra de colore viridi. ¶ Cir-
culus rubeus sanguis fluxũ e naribus signãt:⁊ maxi-
me si reliq̃ signa cõcurrant.arguit.n.in partibus capi-
tis dñium esse sanguinis. ¶ Circulus tremulus parali
sim ⁊ spasmũ ex repletiõe signãt.ex eo q̃ flegma mul
tum fluxibile in cerebro reperiri arguit.

De spuma.

¶ Significatiões spume sm oẽs suas differẽtias iã col
ligende sunt.⁊ p̃mo coloris spume. Spuma cui⁹ color
niger citrinus:aut ruffus est:ycteritiã signãt nigrã:seu
spleneticã:aut citrinã:aut viridẽ.

Spuma sm se.

¶ Spuma in vrina
repta sm q̃ spuma absq̃ alijs differẽtijs vẽtositatem
signãt cũ viscositate. Qm̃ ad ipsius ↄstructionem duo
hec ex pte mãe necia sũt:puta mã hũida vel viscosa:⁊
vapor:seu vẽtositas inclusa ↄcurrente calore mouen-
te tanq̃ agens. Motus vero partes agitat humidas ⁊
viscosas:⁊ aereas ventosas sub humido aqueo:vel vi-
scoso concludit. Caliditas etiã subtiliãdo partes humi
das:⁊ in vaporẽ ↄuertendo spumã pducit:nõnunquã
vero vtrũq̃ simul ↄcurrit motus.s.⁊ calor:quẽadmo-
dum in currentibus equis ore spumantibus apparet.

Spuma ampullosa.

¶ Spuma võ ampulosa:⁊ diu pmanẽs opilationez
signãt:⁊ maxime cũ ampule magne sunt.etiam mate
rias viscosas in corpore dñari:⁊ ventositatem in vijs
vrine reperiri. Probat̃:qm̃ opilatio prohibet caloris
nãlis euentationem:quo nõ euentato ventositas exin
de gnãtur: si mãm reperiat vẽtosabilez.talis postmo-
dum ventositas cũ vrina trãsmissa ampulas pcreat.
¶ Ampulosa spuma iuxta sententiaz. Hypocratis ne
fresim significat ratione:quoniam multitudinem ma
terie crude cum eius viscositate arguit:qua⁹ durãte in
corpore calor naturalis debilis respectu tãte materie:
licet nõ sit potens materiam totam digerere; aut re-
soluere aliquam tamen eius ptem in ventositatẽ sub-
leuabit:que inclusa in materia illa viscosa ⁊ facile in-
dilatabilis magnas procreabit ampulas;quibus appa
rentibus continuo in vrina materiaz arguit in vijs vri
ne fore proximam. Quoniam si hec ventositas a lon-
ginquis partibus proueniret in minima diuideretur.
⁊ sic nõ magnas efficeret ampulas:sz granulosas. Igi-
tur ampullis magnis diu durantibus crudam mate-
riam in vijs vrine existentẽ significat. ⁊ ideo nefresiz
portendit.

Spuma granulosa.

¶ Spuma vero granulosa catarrũ signifi-
cat cõiter:sed diuersimode ipm ad diuersa mẽbra ten
dere significat:sm q̃ in diuersis vrine partib⁹ ⁊ regio-
nibus apparuerit. Naz in supficie manens mãm de-
notat catarralem ad membra inferiora nõ descende-
re. Si vero in pte aerea vrine:hoc est in secũda regio-
ne mãserit:ad mẽbra spũalia. Si vero descenderit:ad
mẽbra nãlia. Si vero ad fundum:ad membra iunctu
ralia. horum.n.ratio facile ex dictis in p̃ma distinctio-
ne colligi põt:ac etiam ex dicendis in tertia. Sed inter
hec intelligendum:q̃ granule in quacunq̃ parte vri-
ne reperiuntur:si nigre:aut rubee fuerint:acut[e] deno-
tant catarrũ ⁊ in mẽbris pportionabilibus illi regio-
ni adustionẽ denotãt.

Spuma media iter illas

¶ Spuma que proprie media
est inter ampulosam ⁊ granulosam:caliditatẽ forte si-
significat:aut caloris debilitatem.probatur:q̃ eius cã
aut est fortis caliditas euaporare faciens:subtilians:⁊
humidum rarefaciens:⁊ in vaporẽ ↄuertens includẽs
ipsum in viscosaz mãm spumã efficit:aut ecõtra a de-
bili calore ventositas eleuat̃:⁊ in mã viscosa interclu-
sa spuma cãtur. Sed signa distinctiua inter has duas
causas a colore spume sumuntur. Nam si spuma ad ci
trinum vergat:a forti calore eã produci arguit̃. Si ad
album a:frigiditate. ⁊ caloris debilitate. ¶ Urina cor

Cortices siue petala.

ticalis magnorum petallorum alborũ:⁊ si vlcus signi
ficet vtplurimũ:tamẽ est eiusdem bonuz signũ:cuius
ratio est;q̃ significat eius mũdationez:sicut pz de illo
qui sumpsit cantarides vt dixit Alliabas.7°.sue practi
ce.

Squame rubee.

¶ Urina squamosa:cuius squame sunt rubee egri
tudinem signãt renum cũ sit signuz q̃ decidant a mẽ-
bro carnoso. ¶ Urina squamosa:cui⁹ squame sunt al-
be vesice significat egritudinẽ:cũ orta attestentur suis
p̃ncipijs. ¶ Urina squamosa:cuius squame sunt fuci-
aut obscuri coloris:aut similes squamis piscum est si-
gnum malum. Ratio est:q̃ significat vltimam disso-
lutionem in corpore:⁊ mẽbris radicalibus:aut etiã in
venis ⁊ arterijs.

Hypostasis orobina.

¶ Urina:cuius hypostasis est orobĩa:
que nõ recipit fractiones:rubea:vel ad citrinum decli-
nans:vel depressa:aut obscura signãt vstionez mẽbro
rum superiorum.

Hypostasis furfurea.

¶ Urina cuius hypostasis est furfu
rea cum pruritu capitis virge ucm fetore ⁊ admixtio-
ne puris:siue vnctuositatis membrorum superiorum:cũ sa-
nitate vel fortitudine scabiẽ signãt in vesica. ¶ Uria
cuius hypo.est furfurea sine fetore ⁊ pure:cum debili-
tate virtutis mẽbrorum superiorum:⁊ difficultate mingen
di:cum inflãmatiõe ⁊ vnctuositate ⁊ color furfuris sit
fuscus:signãt liquationẽ mẽbrorum supiorum sicut supra.

Hypostasis simulagica.

¶ Urina:cuius hypo.est simulaginea ad modũ simu
laginei ordei vel frumenti diuisi in ptes grossas:si tra-
hit ad rubedinem significat adustionez in sanguine:⁊
si trahit ad nigredinem significat adustionem in sple-
ne.si ad albedinem adustionem in vesica. ¶ Correla-
riuz. Omnes vrine:in quibus apparent squame:aut re
solutiones:seu furfura:si non fuerint ex causis in vesi-
ca:renibus:aut canalibus vrine in acutis egritudinib⁹
malum significãt. Probatur:quoniã non possunt fieri
nisi ex sanguinis adustione:aut membrorum carnifor
miuz.

Hypostasis carnosa.

¶ Hypost.carnosa vt plurimum est ex renibus
⁊ aliquando est ex epãte.

Urina adipina ⁊ vnctuosa.

¶ Urina adipina: ⁊ vnctuo-
sa supernatans sperata: in q̃titate multa significat li-
quefactionem adipis renum. Eadem si fuerit eius vn
ctuositas citrina peius est:quoniã significat dissolutio-
nem pinguedinis antique:que est citrina:⁊ nõ noue tã-
tum. Eadem si fuerit in quãtitate pauca:⁊ multũ mix-
ta liquori substantie carnis:renum dissolutionez signi
ficat.

Hypostasis saniosa.

¶ Hypost.saniosa seu vrina:in qua appet sanies
significat apertionem vlceris:tamen si fuerint cuz bo-
na substãtia vrine:⁊ ipsa fiunt itidem bone qualitatis
significat vlcus fore in vijs vrine. ⁊ breuiter vbicun-
q̃ precesserit dolor superueniente sanie:ibi significat
eruptionez. ¶ Frustula signãt debilitatem digestiue
stomachi ⁊ meseraicarum.probatur:quoniaz propter
talium debilitatem alique partes kalose sunt:que faci
liter dissoluũtur:⁊ maxime in cõestione lactis ⁊ casei.

Hypostasis arenosa.

¶ Hypost.arenosa in fundo residẽs signãt lapides in
renibus:aut vesica gnãri:aut dissolui. Eadẽ nõ residẽs
in fundo:sed cum parte aquosa vrine admixta signãt
adustionem in epate si ad rubedinem declinet:in sple
ne si ad citrinitatem. probatur vt supra de simulagi-
nea.

Hypostasis mucillaginosa.

¶ Hypost.mucillagiosa abũdãtiã significat cru-
dorum humorum:aut crisim sciatice; aut iuncturarũ:
aut egritudinum flegmaticaruz:aut complexionis fri
giditatem. Sed differentia est inter saniosa ⁊ mucilla
ginosaz:quoniaz saniosa fetet.alterã vero minime sa-
niosam precesserunt signa. altera vero non mucilla-
ginosa non faciliter separatur:nec coniungitur:est tur-
bida ⁊ spissa.saniosa vero faciliter cõiungit̃ ⁊ separat̃
faciliter.

Hypostasis capillaris.

¶ Hypost.capillaris seu vria:in q̃ capilli ap-
parẽt signãt humoris occulti ↄsolidationẽ a calore agẽ

te in ipm ĩ renib⁹. ℂ Hypost. fermẽtalis: seu in q̃ ꝯtine
tur suba: veluti fermentũ debilitatẽ significat stõachi
ꝛ intestinorum: ꝛ eius malitiã digestionis: ac frequẽtẽ
vsũ lacticiniorꝝ. ℂ Hypost. cineritia: seu vrina: in qua
in fundo residet vt eius flegma adustum: ꝛ in minima
sectũ ꝑpter diuturnatẽ caloris extranei actionẽ signi/
ficat. ℂ Hypost. sanguisugalis: seu vrina: in q̃ sanguis
apparet: debilitatẽ significat epatis: siue hementer est
mixta: aut vulnus in canalibus vrine. Si vero non sit
multũ mixta vrine: solutionẽ ꝯtinui in vesica signifi/
cat: si sit paucus: aut in splene si sit mult⁹: ꝛ caloris san/
guisuge: ꝛ fit ĩmixt⁹. ℂ Hypost. oualis seu vrĩa: in qua
pellicula ad similitudinez vesice plene aqua ꝛ similis
ouo: flegma viscosum: aut vitreuz seu mucillaginosuz
cum multa ventositate: ꝛ viarum vrine apertionez si
gnifitat. ℂ Calculosa hypost. seu vrĩa: in qua lapis ap
paret: calculosam significat dispositionem presentem
aut preteritam: necnõ ꝛ materiam viscosaz in vijs vri
ne: ꝛ fortem calorẽ in eisdem mẽbris ex se. Hoc facile
pz: ideo satis sit significationẽ sine ꝓbatione posuisse.

ℂ De sigñationib⁹ dĩntiarũ cõbinatarꝝ. Cap. XI.

Urinarum significatiõib⁹ ẜm sim
plices differentias de/
monstratis: iam ẜm compositas declaran/
de occurrunt. Si tamẽ prius intelligamus
ꝙ licet vt plurimum ex significationibus
simplicium colligi possint compositarum significatio/
nes. sepius tamen aliter occurrit esse iudicandũ. Uñ
in primis: licet extremum vnius generis cum medio
alterius generis compositam significationem habere
videatur: nihilominus non est: quoniam aut remanet
simplex significatio extremi: aut refracta significatio
eiusdez. Exempla vtriusq; subiũgenda sunt. Subtilis
vrina in substantia: que est extremũ vnius generis cũ
libero modo mingendi: qd est medium alterius: suum
simplex significatum sibi retinet: nõ refractũ: neq; cũ
altero tertium faciens. Eadez cum colore citrino non
simplex suum significatum retinet: sed cum altero cõ
posituz: aut ab altero refractũ accipit. Unde digestio/
nem aliqualiter diminutam significat. ꝛ sic refractuz
habet significatum: aut epatis: ꝛ renum supercalefa/
ctionem cuz crudis humorib⁹ denotat. Licet ergo ita
sit: ꝙ aliqñ alteretur nõnunq̃ vero cõponatur: sepius
tamen remanet sibi simplex suum significatuz. Ideo
cum combinatarum differentiarꝝ significationes ostẽ
suri sumus: sepius cõbinationem extremi vnius gene/
ris cum medio alterius non sine ratione preteriemus.
ℂ Intelligendũ est scdo: ꝙ nullius generis dĩa cũ al/
tera dĩa sui generis est cõbinabilis: ꝑterq̃ in hyposta/
si: qm̃ hypo. dĩe sunt inter se ꝯbinabiles. ꝛ iõ ei⁹ spãle
capl'm faciemus. ℂ Tertio iterũ aduertẽdũ: ꝙ lz q̃dã
ex his cõbinationibus: que binatiz vt ita loquar fiunt
significatiões habeãt cõpletas: oẽs tñ ipossibile est cõ/
pletã hr̃e significatõez: nisi addat̃ tertia dĩa: aut q̃rta
ꝛ q̃to plures ꝯiungunt̃: tãto ꝑfectius ꝛ certius est iudi
ciũ. Uñ discursus: qui hic fit de significatiõib⁹ duaruz
dĩarũ seorsum absq; aliarũ obseruatiõe nõ iõ vt ita
in iudicãdo sit semꝑ ꝓcedendũ: sed ad artis plenitudi/
nem ꝛ cõplementũ ostẽdendũ: vt si aliqñ inter cetera
que obseruant̃ in sigñatiõib⁹ vrine: due: aut plures no/
biliores appent dĩe: sciat̃ ꝙ ille ꝑtes simul significẽt.
Nã queãdmodũ ostendimus simpliciũ dĩarũ signifi
cata seorsum pro artis cõplemẽto: ac ẽt vt qñ vna dũ/
taxat valde notabilis inter ceteras dĩa occurrit: sciat̃
qd ipsa sola significet. ꝛ ipsaz inter ceteras põderet in
iudicãdo: ꝛ sibi eius vrine significationi palma tribua/
tur. Magis aũt aut minus ẜm ꝙ cetere cõsentiẽt: aut
dissentient: ita ꝛ de cõbinatis eodẽ mõ intelligendum
ꝙ illud solũ ꝑfectũ. ꝛ vnde quaq; cõpletũ est iudiciũ
ꝙ ex ꝯsideratione elicit̃ oĩum differentiarũ in vrina
repertarũ. Reliqua vero magis: aut minus certa: ꝛ ar
tificiosiora ẜm qd plures ex predictis differentijs ob/
seruant: ꝛ maxime eas: que in significando sunt potio
res iuxta doctrinã superius traditã. Nam cũ semꝑ in
vrina necesse sit ꝛ alteram adesse sube differentiã ꝛ q̃/
titatis: ꝛ colorꝪ: ꝛ dyaphanitatis: ꝛ odoris: ꝛ modi min
gendi: ꝛ ꝯtenti. Iõ semꝑ in sigñando inspiciendũ q̃lis
sube: qualis differẽtie: ꝛ q̃lis q̃titatis: ꝛ qualis coloris
ꝛ modi mingendi: ꝛ contenti: ꝛ demuz videre singula/
rium per se significationem: postea duarum simul de/
inde trium ꝛ quattuor ꝛ quinq;: ꝛ tandẽ oĩum octo. tñ
octo semꝑ reperiunt̃ in q̃libet vrina differẽtie. ℂ Ite/ *Pricipaliores dĩe q̃b⁹ inniti debemus in iudicio vrine.*
rum vltimo intelligendũ: ꝙ lz iste sit artificiosissim⁹:
ꝛ cõpletissimus iudicãdi modus: auctores nõ iõ eũ se/
quuti sunt: qm̃ dum tres: aut quattuor ex ꝑ̃ncipaliori/
bus differẽtijs notant̃: puta sube: coloris: hypostasis: et
q̃titatis: satis perfectũ est iudiciũ: ꝛ ceterarũ differen/
tiarũ significationes obũbrant: ꝛ ipsis ĩnitenduz. Et lz
absolute hec quattuor. s. q̃titas: color: ꝛ suba: ꝛ hypost.
sint ꝑ̃ncipaliora. In multis aũt dispositiõibus modus
mingendi sicut in passionibus vesice: in nõ nullis dya
phanitas. in alijs color ẜz ꝙ dispositio magis cãlitatẽ
hz supra vnum genus q̃ alterum principatuz in signi/
ficãdo sibi vendicat. ꝛ in talibus casibus his principa/
liter est ĩnitendum.
ℂ Exequamur igit̃ ꝯbinatarũ differẽtiarꝝ significatio *Urina alba grossa.*
nes: ꝛ iuxta seriẽ ꝑ̃me ꝑtis hmõi distinctionis dicam⁹:
ꝙ vrina: cuius suba est alba: grossa hũorez vt plurimũ
crudum: grossum: aut viscosuz abũdare in vasis signi/
ficat. ꝛ per ꝯñs lapidẽ in vesica futurum. ℂ Grossa al
ba in die cretica: ꝛ maxime in quarta a dolore artetico
ꝛ apostemate post auriculas: liberationem significat.
ℂ Eadem si post crisim appareat: egritudinis redituz
demonstrat. ℂ Eadem in acutis: angustiam ꝛ tremo/
rem significat. ℂ Eadẽ sicut sanies in frenesi: aut incẽ
siuis febribus: mortẽ significat. Huius vero probatio
talis est: qm̃ hmõi vrina materierum calidarũ diuer/
sionem a vijs ductuum: ꝛ raptum ad caput arguit. Itẽ
ꝛ huiusmodi vrina cum disproportionata sit febribus
ardentissimis: aut apostematis eruptionem significat:
aut materiei febris occultationez. ℂ Grossa lactea la *Urina grossa lactea.*
pidem vesice significat. ℂ Eadem in principio acuto
rum mortalis. ℂ Eadẽ in vomitu eruginoso: ꝛ lingue
siccitate mortalis. ℂ Grossa charopos si clara: multos *Urina grossa karopos.*
malos humores significat. sed turbida capitis dolo/
rem presentem vel futurum. Eadez in acutis trũbos
significat esse: ꝛ si eaz sequatur multitudo subtilis: fe. *Urina grossa subrubea.*
terminationem significat. ℂ Grossa ꝛ subrubea lon/
gas egritudines: securas tamẽ significat. ℂ Grossa ru/
bea sanguinis dominium significat. ℂ Eadem si pau
latim mingatur in acutis periculum significat. ℂ Ea/
dem si turbida ꝛ paulatiz micta fuerit cũ capitis dolo/
re: ꝛ hypocũdriorꝝ ycteritiã in septima sigñat. ℂ Gros *Urina grossa nigra.*
sa nigra si cũ alleuiatiõe purgationẽ hũoris melãcoli
ci: ꝛ solutionẽ egritudinũ melãcolicaruz. s. quas supra
nominauimus: significat. Ratio vo qm̃ hũor melãco/
licus niger est: ꝛ grossus ꝑ vias vrine expulsus nãz ab
eo exonerat: ꝛ per consequens solutionez egritudinum
nisi cum fetore fuerit: quoniaz si fetor fuerit sine vitio
vesice adustionem: ꝛ putrefactionem: ꝛ perinde mor/
tis periculũ

tis periculum significat. Sufficiat discurrisse grossam substãtiã cum his coloribus: qm̃ de reliquis pari rõne iudicari põt cum his: aut cuz his coincidant significationibus: aut parum ab eis discrepent. ¶ Grossa odore carens gipseũ: aut vitreũ flegma significat. ¶ Grossa acuti odoris salsuz flegma. ¶ Grossa dulcis odoris dominiũ sanguinis proprium signum ⁊ adequatum. ¶ Grossa acris odoris flegma grossum putrefactum significat. ⁊ ideo flegmaticã febrem proprie ostendit. ¶ Grossa fetidi odoris in vijs vrine lesionem: aut scabiem significat. ¶ Eadem in acutis cum signis digestionis febris diminutionem significat. ¶ Eadem sine signis digestionis mortis periculũ significat. Probari hec omnia facile possunt per ea: que de significationibus grosse substantie de per se ⁊ differentiaruz colorum de per se. vt patet intuenti. ¶ Urina grossa cũ hypostasi laudabili in omnibus suis cõditionibus expulsionem creticaz significat. ⁊ maxime si multa fuerit. ¶ Grossa cum hypostasi illaudabili. ⁊ si maluz significet: variatur tamen eius significatio fm varietatem conditionum deficientium laudabili hypostasi.

Uria grossa cũ hypostasi laudabili: ⁊ cũ hypostasi illaudabili.

¶ Unde grossa cum hypostasi mucillaginosa signuz grosse substantie adauget: ⁊ vltra hec ventositatez addit: significat ergo crudos ⁊ grossos humores in corde dominari: ac etiam ventositatez: ⁊ per consequẽs egritudines: que ab his efficiuntur humoribus. ¶ Grossa cum hypostasi rubea egritudines sanguineas. ¶ Grossa cum hypo. nigra melancolicarum egritudinum terminationem significat: aut caloris defectum: ⁊ virtutis extreminium. ⁊ hoc plurimum: fm q cetera signa attestabuntur. ¶ Grossa cum multa hypo. exuberãtiã crudorum: ⁊ grossorũ humor signat. ¶ Grossa cũ pauca hypostasi defectũ vtutis expulsiue significat. ¶ Grossa cum discontinua hypo. virtutem succumbere significat. ¶ Grossa cum nube grossos humores: ⁊ grossaz ventositatem. ⁊ principium dominiũ morbi significat. ¶ Grossa cum residentia ⁊ maxime nigra virtutis prostrationez ⁊ adustionem in membris ⁊ humoribus factam denunciat. ¶ Grossa cum circulo grosso ventositatem in capite: ⁊ spirituum conturbationem significat. ¶ Grossa cum circulo plumbeo humores melãcolicos in cerebro dominari signat.

Urina grossa cũ circulo grosso cũ circulo plũbeo.

¶ Grossa cũ spuma seu ampulis opilationes magnas ab hũoribus crudis factas denunciat: ⁊ maxime si sit alba.

Urina grossa cũ spuma.

¶ Grossa cum spuma absolute fortem adustionem: aut fortem denũciat cruditatem fm q cetera attestant. ¶ Grossa cuz hypostasi corticali: mundificationem: vlcerum excoriationem: seu membralis humidi consumptionẽ: aut maximam putredinez: ⁊ maxime si fetida fuerit: ⁊ de his: aut plus: aut minus affirmatiue ⁊ negatiue iudicãdum fm q cetera: que supra dicta sunt de simplicibus contentis vnum: vel alteruz attestantur.

Urina grossa cũ corticibus.

¶ Grossa vnctuosa ⁊ carnosa seu adipina: aut oleagina: ⁊ sic de similibus membrorum consumptionem significat: ⁊ eorũ cuius colori vrina similior fuerit: vt satis ex supra dictis probari potest.

Urina grossa vnctuosa.

¶ Et vt concludamus has combinationes contentorum cum grossa substantia: qd quidem ex se significat species contenti ⁊ grossa substantia de per se: ⁊c. Sed simul iuncta signãt solũz obseruando: q nonnunq̃ species contenti attestatur adustioni: ⁊ sic grossities significabit: ac si ab adustione procederetur: nonnunquã vero attestatur crudis humoribus pari ratione putandum de grossitie.

¶ In qua notantur vrine particulariter demonstrãtes dispositiones nãles: nõ nãles ⁊ ɔtra nãm. Dist. III.

¶ De vrinis rerum nãlium. Cap. I.



Expeditis his: que de simplicibus significationibus ac cõpositis vrinarũ absq relatiõe ad aliquã terminatã dispositionẽ: sed absolute put ex se quelibz differẽtia seorsum sumpta: aut cũ altera complicata de dispositiõibus corporis significare habeat. Jam tempus est vt vltimo loco deueniamus ad notãdas determinatarũ dispositionuz vrinas puta nãlium: nõ nãlium: ⁊ ɔtra nãm. Incipiẽtes in pmis a nãlibus: que cũ diuidant ad diuisiones ipsarũ rerum nãliũ eorum ordinẽ sequentes ab elemẽtis initiũ sumẽdum foret: sed qm̃ elemẽtorum significatio ppie nulla est nisi ipsamet: que est cõplexionũ: ⁊ humorum ac ẽt virtutũ ⁊ operationũ vrine specificent: per quas etiã erũt note vrine elementorum: que oĩa: lz eisdẽ differentijs notent ex coloribus magis sup cõplexiones: ⁊ ex liquoribus seu suba magis supra hũores ⁊ elemẽta: ex vtrisq vero supra virtutes: aut operationes significatiões accipimus. vt statiz ɔgrue apparebit. Si tñ pus sanoruz corporum vrinaz describamus: qm̃ ab ea tanq a forma ceterarũ iudiciũ reliquarũ ɔuenientius eligemus. cuz rectũ index sit sui obliqui. ¶ Est igit vrina sanorum. vt placet Gal. pmo de crisi. ⁊ in cõmẽto pmi pnosti. illa que est mediocris in suba inter tenuem sicut aq. ⁊ spissaz sicut vrina asini: ⁊ in colore citrino declinãs ad tincturã seu rubedinẽ clarã: ⁊ hz hypostasim in fundo sedentez albã: leuẽ: equalẽ: pinealẽ: ⁊ durantẽ: similez hypostasi aq rosate in q̃titate mediocris inter multuz ⁊ paucã fm pportionẽ assumptorum odore: ac fetore non oĩno extincta: sed aliquãtulũ acuta claritatẽ habẽs nõ supfluã ⁊ spuma carens.

Urina sani corporis.

¶ Hec est igit vrĩa: que simpliciter optime sana corpa ⁊ meliora formarũ pnunciat. Que postea ab hac variat: varias corporis dispõnes in suis lapsib⁹ nãlibus: aut etatiuis: ⁊ sexuũ: ⁊ aliorum fm q paulo post demõstrabim⁹. ¶ Iste ɔditiones vrine sanorum corporum sic per ordinẽ deduci pñt. Et pmo de suba: que iõ mediocris eẽ phibet: qm̃ bonitatem sequitur digestionis sanguinis in epate: ⁊ venis: ⁊ mixtionẽ ex hũoribus cõpetentẽ ⁊ pportionalez: sicut enĩ ex chilo ⁊ fecib⁹ optime depurato fit in nobis sanguis tẽperatior q in brutis. ita opz vrinã: que ab eo decolat suo mõ esse meliorẽ inter vrinas ceterorum aĩaliũ ⁊ per ɔñs magis ɔtinere mediocritatẽ in suba: ac ẽt in claritate. Sed cũ se hẽat hõ tẽpatus ad ceteros hoĩes: veluti hõ ad ceteras spẽs aĩaliũ: necesse est suã vrinaz suo mõ se hr̃e ad vrinã aliorum hoĩum: sicut vrina hoĩs ad vrinã aliorum aĩaliuz. ipsa aũt vt dictũ est: inter illas mediocritatẽ tenet. ergo ⁊ vrina sani inter vrinas aliorum hominum mediocritatem tenet in suba: necnõ ⁊ in alijs conditionibus maxime: quo ad dyaphanitatẽ. ¶ Color võ iõ talis esse perhibet: qualis expressus est: qm̃ hmõi color sanguinis temperamẽto absolute magis attestat: cum a sanguine sequestret ⁊ ab eo merito tincturã accipiat: que impressioni sanguinis pportiõata sit. ¶ Quãtitas vero ideo mediocris: qr digestione existente cõpleta: supfluitas ex eo remanẽs ⁊ expulsa pportionatur assumptis: assumpta autez in mediocri q̃titate esse supponuntur cum a corporibus sanis assumantur: que nõ nisi q̃tum conueniens est assumunt. ¶ Odor etiã talis esse dz: vt dicebatur: qm̃ si oĩ fetore careret: caloris extinctione: aut mortificatiõe id fieret. Si vero min⁹ fetida ex putredine proueniret: sic sola mediocritas redditur ei ɔueniens. ¶ Clara vero ideo

est:qꝛ obtoꝝ sequestratiōnē fieri opꝫ vrine ab hūorib⁹ ⁊ in suba vrine mixtionem perfectam.ideo ꝯn̄s est:vt optime visum terminet. ¶ Sine spuma ponit̄:cū sanguis:a quo decidit̄ sine viscositate ⁊ vētositate sit:a q̄bus spuma cātur:vt satis bn̄ supra ꝓbatū est. ¶ Hypost. v̄o ponitur alba eq̄lis in fundo pēdens:ac pinealis:qm̄ omnia hec digestionis cōplementū ostendunt sicut supra: vbi de significatis hypostasis agebat̄ particulariter de oībus demōstratū est.Que oīa si simul in hypo.coincidant:perfectā vndiq̄ȝ ac completā nāe actionē arguunt.⁊ per ꝯn̄s temperamentū cōplexionis:⁊ corporis sanitatē optimā. ¶ Cum ergo aliq̄ harum proprietatum hypostasi defecerit:actionis cōplementū tollit̄:ꝑmo q̄ȝto plures defecerint:tanto deterior coctio fiet.Oībus vero ablatis ⁊ tertia penit⁹ aufertur digestio a mēbris. iō non īmerito Hypocrates volens bonā vrinā describere:post habitis ꝯditiōibus sube:coloris:q̄ȝtitatis:ac reliquoꝝ ꝯditiones dūtaxat bone hypo.supra enumeratas adiecit. ¶ Nec obstat q̄ȝ dixit Gal.in optime sanis corporib⁹:que sunt tēperate cōplexionis:⁊ perfecta in virtutibus suis:cum nō plus capiunt ciboꝝ nisi q̄ȝtum eoꝝ nā digerat:⁊ per cōsequens nō fieri hypostasim ꝓpter mēbroꝝ fortitudinem superfluitates sui nutrimenti per poros resoluentium:⁊ per ꝯn̄s nō reddi superfluitatē tertie digestionis a mēbris ipsi epati:⁊ in renibus cuȝ sanguinis colamēto exire.⁊ per ꝯn̄s hypo.nullā apparere. ¶ Dōȝ verum esse in sanis corporibus:⁊ robustis mēbris:⁊ in tertia digestione:ac expulsione perfectis: aut nō apparere hypostasim:aut si apparet illam esse illaruȝ dispositionum:que supra dicta sunt.

¶ De vrinis cōplexionū ⁊ humoꝝ. Cap. II.

Urine cōplexionū simplicium.

POst descriptionē vrine sanorum simpliciter:iam ꝯn̄s est reliquoꝝ corporū vrinas demōstrare.⁊ ꝑmo quo ad cōplexiōes. Deinde quo ad humores:⁊ sic deinceps:de quibus aūt in primis simpliciū cōplexionū vrine ostēdātur:⁊ tandem cōpositaꝝ. ¶ Calide cōplexionis simplicis vrina q̄ȝtum ad colorē tincturā habere opꝫ. ¶ Frigide cōplexionis simplicis alba est vrina:vl' colore carens. ¶ Sicce complexionis simplicis tenueȝ in substantia vrinā fore opꝫ. ¶ Humide cōplexionis simplicis vrina est in suba grossa.Harū q̄ttuor descriptionū ratio ex alteratione:aut actione primarūs q̄litatū impressione ꝓbant̄:relique vero ex humoruȝ admixtione.Ex istis eliciuntur vrine compositaruȝ cōplexionū hoc ordine. ¶ Calide cōplexionis ⁊ humide vrina est tincta:aut colorata:⁊ in substātia pinguis colorata:seu tincta:qꝛ calida pinguis:seu grossa qꝛ humida. ¶ Calide ⁊ sicce complexionis vrina tincta est ⁊ subtilis ⁊ ita qꝛ calida:subtilis qꝛ sicca. ¶ Frigide ⁊ humide complexionis vrina alba est ⁊ subtilis:alba est qꝛ frigida.H̄ est a frigiditate ꝓueniēs:subtilis qꝛ sicca.Et hoc est:qꝛ a sicco humore prouenit. ¶ Ex his ꝓpositionibus cū suis probationibus facile est etiam humorum vrinas intelligere:cum quilibet ex humoribus quattuor alteratur:ex quattuor compositis complexionibus sibi vēdicet.ergo eadem erit vrina composite complexionis ⁊ humoris sibi proportionati:puta calide ⁊ humide cōplexionis vrina erit eadem cum vrina sanguinis.calide ⁊ sicce cum vrina colere:frigide ⁊ humide cum vrina flegmatis. frigide ⁊ sicce cum vrina melancolie. ¶ Sed vt clarior:atq̄ȝ manifestior sit doctrina:seorsuȝ cuiuslibet humoris explicanda est vrina. ¶ Sanguinis vrina rubea est in colore ⁊ subrubea:aut rubicunda in substantia pinguis ⁊ grossa:multa in q̄ȝtitate nec multum clara. ¶ Colere naturalis vrina in colore citrina:vel rubea subtilis in substātia:⁊ nō multa in q̄ȝtitate:⁊ clara ī dyaphanitate fetidi; ⁊ amari odoris. ¶ Colere citrine vrina in colore citrina,vel subruffa:⁊ remissa:⁊ in substantia mediocris comparatiōe substantie vrīe colere naturalis. ¶ Colere vitelline vrīa in colore subcitrīa:in dyaphanitate aliquātulū remissa:in substantia mediocri magis tamen ad subtilitatē tendens q̄ȝ vrina colere citrine. ¶ Flegmatis naturalis vrina in colore pallida:⁊ subpallida: karopos:glauca:lactea:vel alba:⁊ in substantia equaliter per totum grossa in q̄ȝtitate multa. ¶ Flegmatis acetosi in colore item pallida:vl' subpallida:karopos:glauca:lactea:vel alba:in substantia vero mediocriter tenuis cōparatione sube flegmatis naturalis:acris odore. ¶ Flegmatis dulcis vrina est in colore citrina:minoris tamē citrinitatis q̄ȝ vrina cuiuscunq̄ȝ colere in substātia per totum spissa sine liuiditate. ¶ Flegmatis salsi vrina in colore citrina:in substantia mediocriter tenuis.hoc est ad mediocritatem accedens. ¶ Melācolie naturalis vrina in colore pallida:charopos:glauca : lactea: vl' alba in substātia mediocriter tenuis. hoc est ad mediocritateȝ accedens. ¶ Melācolie innālis vrina in colore subcitrina:in substātia vero tenuis. ¶ Harum autem conditionum probationes pari rōne ex actiōis impressione q̄litatum primarum:⁊ mixtione humorū probari debent:sicut superius clare ostensum est. nec opus est iterum replicare. ¶ Item reliquorum humorum non nālium:cum etiā per viā mixtionis superius alterius humoris in ipsum:aut actionis caloris fiāt:pari via ⁊ indagari:aut probari possunt.Sed quoniā eorum dispositio potius corpus ponit in latitudine egritudinis q̄ȝ sanitatis:ideo hoc in loco pretereūda est cōsideratio. ¶ Ex his etiā licet vlterius colligere expresse vrinas elementorum: quoniā vrine elementorum: aut ad actiones q̄litatum in ipsis repertarum proportionātur:⁊ sic sunt eedem vrinis complexionū eis ꝓportionatarum:aut ex commixtione substantie ipsorum elementorum fieri oportet.⁊ sic eedem sunt vrinis humorum eis proportionatorum.

Urine cōplexionū cōpositarum.

Urine humorū proportionātur vrinis ꝯplexionū cōpositarum.

Urie flegmatis nālis ⁊ nō naturalis.

Urine melācolie nālis ⁊ nō nālis.

¶ De vrinis virtutum ⁊ operationum. Cap. III.

VRine virtutum ⁊ operationum eisdeȝ fere differentiis notantur:quib⁹ notabantur superius vrine elementoruȝ cōplexionum:⁊ humorum. Inter quas color licet magis complexionibus attestet̄:⁊ substantia humoribus.Color auteȝ ⁊ substātia simul sumpta ⁊ addita hypostasi,virtuti magis:ac etiā operationibus attestantur:inter quas id solum q̄ȝtum ad hanc attinet partem.hoc est de virtute naturali ⁊ eius operatione:que est digestio dicendum. Reliquaruȝ vero virtutum ⁊ operationum dispositiones parum aut nihil per vrinas dignosci possunt:sed per signa eis magis proportionata:puta virtus vitalis:⁊ eius operationes per pulsum:⁊ hanelitum. Animalis ⁊ eius operationes per sensum ⁊ motum.ideo de vrinis eoruȝ mētio nullo pacto fiet. ¶ Ut autē certa sit notitia de vrinis virtutis naturalis:⁊ eius operationis:que est digestio intelligendum:q̄ȝ virtus digestiua cū ⁊ calore vtatur nāli pro eius proprio instrumēto mēsurāda est fortitudo: aut debilitas digestiue v̄tutis ⁊ ꝑfectio:seu imperfectio:seu complementum:⁊ diminutio digestiōis sm̄ fortitudineȝ:aut debilitatē caloris nālis. Quoniā

Virtus digestiua calore nāli vtitur ꝓ eius instrō.

digestio

digestio nō fit nisi actiōe caloris nālis supra nutrimētum: ideo tota rō nostre ɔsiderationis q̄tuz ad vrinas virtutum spectat: ad ipsum referri opz. ¶ Potest aūt calor nālis dupliciter debilitari: aut frigiditate remittente ipsum: aut caliditate p̄ternāli ipm resoluente: ẜz hec ergo colligitur: ꝙ debilitas virtutis digestiue: aut imperfecte digestionis ab altera duarum cāuarum ꝑuenire pōt. vna est frigiditas superans. altera vō est fortis caliditas preternālis. Que vō inter istas media est temperata est ⁊ nālis caliditas: que digestionez ꝑficit. ponamus igit̄ vrinas significantes indigestionē ex frigiditate ꝑuenientem: ac etiā que significāt indigestionem: que ex caliditate ꝑuenit. Sed qm̄ rectum est iudex sui ⁊ obliqui: ꝑintelligenda est vrina complete digestionis: cuz per lapsum ab ipsa cetere ẜm lapsuz maiorem: aut minorē. ¶ Est ergo vrina cōplete digestionis. vrina sanorum simpliciter: quā supra descripsim⁹. illa igit̄ significat digestionem ⁊ virtutem nālem: nec non ⁊ nālem calorē esse fortez.

Urina cōplete digōnis.

Urine īdigōnē sigñantes

¶ Urina vero alba vt aqua purissima glauca: aut lactea vt serum caprinum cum suba subtili: aut multuz grossa sine hypostasi: aut cum hypostasi flegmatica multā indigestionē sigñat. ¶ Urina karopos vt pili cameli: subpallida vt palea noua: aut palearis: aut pallida vt aqua carnis subcocte: cum hypostasi alba vel rubea: natans in superficie vrine: cum substantia versus mediocritatem declinante principium significat digestionis. ¶ Urina inopos vt vinum nigrum: liuida vt plumbum: seu viridis: aut nigra: ⁊ chianos in substātia multū subtilis: aut grossa in dyaphanitate turbida sine hypo. mortificationem significat caloris naturalis. ¶ Urina chyanos vt vinum nigerrimum: nigra vt carbo subtilis: vl' grossa in q̄titate pauca cum hypostasi ad fundum descendenti adustionem: ⁊ indigestionis defectū: atq3 corruptionē ex superabundāti calore preternāli significat. ¶ Spirituum vrine alias differentias nō habent a predictis quare non est conueniens eorum vrinas describere.

¶ De vrinis annexorum rebus naturalibus etatum scilicet et sexuum. Cap. IIII.

Ultimo loco post vrinas reruz nāliū principaliū vrinas ānexorū puta etatum: ac etiā sexuū describere incipiamus. ⁊ primo etatum: dehinc sexuum.

Urine puerorum,

¶ Puerorum vrina ad albū declinat in colore: hoc est palearis seu karopos in suba pinguedinis in q̄titate multa. Ad albedinem vero declinat pp digestionis ⁊ coctionis iperfectionez ex abundantia humiditatis contingentem. ⁊ nō ex defectu nālis caloris cum in eis calor nālis sit fortis. Grossa vō in substātia ideo est pp multā superfluitatum mixtionē cuz vrina: aut propter dominiuz flegmatis: aut sanguinis in corporibus ipsoruz. Multa vero est ꝑpter eorum gulositatem ⁊ cibi ⁊ potus multitudinem: ⁊ maxime cum in eis pauca admodum fiat resolutio humiditatum per alias vias: cum exercitijs careant: cum ⁊ eorum calor non sit acutus.

Urine iuuenum,

¶ Iuuenum vrina in colore magis est tincta: ⁊ in substantia magis tenuis: ⁊ in q̄titate pauca ꝑpter oppositas causas: ⁊ maxime propter acuitatem caloris: ⁊ multiplicia exercitia: que tingunt: subtiliant ⁊ resoluendo partem vrine diminuunt.

Urine senū.

¶ Senuz vrina est subtilissima: ⁊ in calore remissa versus albuz in quātitate pauca. Cause vero in promptu sunt. Est enī subtilis propter humoris melancolici dominium. Remissa in colore propter caloris naturalis debilitatem pauca propter abstinentiam cibi ⁊ potus.

Urine mulierum,

¶ Mulieruz vrina alba est: ⁊ grossa: clara: ⁊ ampulosa comparatione vrine virorum. alba pp abundantiā frigiditatis. ⁊ coctiōis defectionē. Grossa ꝑpter amplitudinem viarū. ampulosa ꝑpter humorum viscositatez. Clara pp ꝑfectionē: ac cōpactiorē mixtionem humorum in suba vrine mulierū magis q̄ in suba vrine viroruz. Et iō signū optime distinctiuū inter vtrasq3 vrinas est ꝙ si vrine mulierū cōquassent̄: vel moueant̄ parum aut nihil turbant̄: vrine vero virorum conquassate turbide fiunt: ⁊ maxime in parte superiori pp caliditatem.

Urine virorum Dr̄ia īter vrinas mulierū iuuenuz ⁊ senum.

¶ Uirorum vrine his oibus in oibus differentijs pp oppositas causas sunt opposite. ¶ Est tñ differētia nō p̄tereūda inter iuuenes mulieres ⁊ senes: quoniā vrine iuuenū sunt pulchriores ⁊ lucidiores. Senuz vero nō mō crudiores. verum ēt ⁊ grossiores ⁊ liuidiores: vtriusq3 ratio est: quoniā ⁊ si ex fessu ambe habeant defectā caliditatem: senes tñ longe magis: cuz extinctione sui caloris ex decursu etatis sint propinquiores. ideo minus digeste: ⁊ minus lucide: ac magis liuide: cuius contrarium est in iuuenculis. ¶ Uirginuz vrina clara est ⁊ lucida valde: ⁊ subtilis propter non esse factaz in sanguine ebullitionem: vel per coitum: orificioruz amplificationem. vel tertio propter menstruorum carentiā ⁊ eorum permixtionem cum substantia vrine. ¶ Cōcūbentium vrina grossior est in substātia ⁊ turbida in dyaphanitate. ⁊ in ea sepe ſꝑmatis fila appēt. ¶ Mēstruatarum vrina est quasi sanguinea in colore ⁊ substātia ⁊ turbida in dyaphanitate. ratio satis in ꝑmptu est: cum illud ex permixtione sanguinis menstrui fiat cum suba vrine.

Urine ꝑgnātiuz in p̄mis mensibus,

¶ Pregnantium vrine in p̄mo scdo ⁊ tertio mense sunt plurimum albe subtiles clare cum q̄dā nebula colore quodaz tenui simili yreos: vel arcui yridis: ⁊ est color viridis. Est etiam in ea aliquid sicut cotum carminatū: vel diuulsa hypostasis: in qua sunt grana: que ascendunt ⁊ descendunt. ⁊ hoc vltimum est melius. Ratio horum sic colligi pōt. ⁊ p̄mo caloris sube ⁊ claritatis. nā in principio impregnatiōis calor nālis multum reuocatus est ⁊ vnitus ad concauū matricis pp generationē perfruendā: superfluitates ēt: que solite fuerāt cū vrina misceri ⁊ expelli ideo retinent̄: q̄re ex defectu harum superfluitatū clara remanet ⁊ subtilis vrina: ⁊ ex caloris reuocatione ad matricē ⁊ diuersione a vijs vrīe vrina remanet alba. ¶ Sed aduerte ꝙ hoc hz veritatem: qm̄ non fiat cōmotio in mēstruis. ⁊ tunc q̄to impregnatio fuerit p̄ncipio ꝑpinquior: tanto in ea distinctius apparebūt talia signa. Scdo vero de nebula sic ꝑbat̄: qm̄ calor agit in parte subtili superfluitatū: que miscent̄ cū vrina: que cū pauca sit ⁊ sine grossitie illā actiōe sui ad partē superiorē vrine eleuat ⁊ in nebulā cōdensat. reliquam vrinā sicut purā aquā dimittendo. Tertio vero de yride intelligendum est ꝙ nō vnica apparitione diuersi concurrunt colores in modum yridis. ita ꝙ simul ⁊ semel appareat color yrinus viridis ⁊ rubeus sicut in yride apparet: quoniam hoc falsissimum est. Sed ẜm variam actionez caloris in mām: ex qua nutritur fetus in processu ipregnationis variatur color illius arcus: incipiendo ab yrino ꝑcedendo ad viridem vsq3 quo peruenerit ad rubeum qd est prope partū. Quarto ⁊ vltimo dicebat̄: ꝙ est in ea sicut cotum carminatum vel diuulsa hypostasis: in qua grana apparent ascendentia ⁊ descendentia. Ratio huius ideo est: qm̄ cuz in mulieribus tempore quo nō sunt ꝑgnātes pp multarū supfluitatū cōmixtionē cū vrina: ⁊ caloris debilitatē nō valentis seq̄strare grossum a subtili: vtplurimū non apparet hypostasis in eis

Urine pgnā tiū in fine.

cum vero impregnantur propter retentionem illaruz superfluitatum: cum partes grosse pauce admodum sunt: calor potēs est subtiles a grossis sequestrare: ⁊ in vnum colligere ⁊ congregare. ⁊ he simul congregate sunt cotum carminatum qd in eis appere asserūt. Grana vero ascendentia ⁊ descendentia idō apparent: quoniam partes grosse: que a nā derelicte fundum petere solent: caloris actionem suscipientes leuigant: ⁊ motui caloris naturalis obediūt magis. ℂ Pregnantib⁹ in fine inpgnationis vrina similis est substātie ⁊ colori aque ciceris: aut aque. in qua coquuntur pedes animalium. Ratio talis est vtriusqz. quoniam natura superfluitatum multitudine grauata dispositionez: aut preparationem ad partum intendes incipit emittere aliquas in matrice ex superfluitatibus retentis: ⁊ vrine commiscere: quibus commixtis vrina tingitur: ⁊ ingrossatur. ℂ Parturientium vrine sunt nigre similes atramento: grosse: turbide: multe propter superfluitatum commixtionem.

ℂ De vrinis rerū non naturalium. Cap. V.

